**Helias.** ¶ helyas vt oſtēderet illū verū deum eſſe quē colebat orauit igne celeſti quinquagenarios ꝯſumi. xxiij. q. iiij. ſi illic

§.ſʒ obijcit.⁊.c.qđ xp̄s.⁊.c.ea vindicta.ante fi.
¶ precibus helye celum clauſuʒ fuit annis tribus ⁊ ſex menſibus.xxiij.q.iiij.ſi illic.§.qđ tunc.
¶ helyas culturā baal vindicauit ſacerdotes eius occidendo.xxiij.q.iiij.guiliſarius.

**Heliſeus.** ¶ heliſeus aſperſione ſalis ſterilitatem aque ſanauit. de conſe.di.iij.aquam ſale.
¶ in exemplū perfectis ad prophetandum vadens boues ⁊ omnem curam domeſticam reliquit.lxxx vi.di.dominus.
¶ miſit lignum in aquam ⁊ ferruʒ ſecuris cōtra naturam natauit.de conſe.di.ij.reuera.poſt me.

**Hereditas.** ¶ hereditas ſm̄ leges ab indignis ſucceſſoribus pōt auferri.xi.q.i.ſilueſter.
¶ heredi non lʒ ſine cā venire contra factum ſui p̄deceſſoris.xi.q.i.ſilueſter.xvi.q.vi.illud.
¶ nullus exheredato filio eccleſiam debet facere herede.xvij.q.vlti.c.vlti.xiij.q.ij.ſiqs iraſcit.
¶ epiſcopus res quas habuit hereditario iure: libere poteſt conferre.xij.q.i.epiſcopi.
¶ clerici ſunt funiculi hereditatꝭ xp̄i.xij.q.i.cleric⁹.

**Heremita.** ¶ ſunt heremite qui vere ⁊ pure ſolitariam vitam ducunt.xvi.q.i.qui vere.
¶ ioānes baptiſta fuit de vita heremitica.ij.q.vij.c.vlti.§.item ioānes.
¶ heremitica vita vera ac pura digna honore iudicatur.xvi.q.i.qui vere.
¶ heremite ne videantur eſſe acephali: debent ſub eſſe epiſcopis.xciij.diſt.nulla.⁊.c.ſeq.xi.q.iij.ſi autem.
¶ heremite vtuntur priuilegio clericali ſicut alij religioſi.xvi.q.i.qui vere.
¶ heremita poteſt habere proprium ⁊ condere teſtamentum.xix.q.iij.perlatum.§.contra.
¶ heremite ratione proprij imperfectores ſunt monachis quibus proprium non licet habere.xix.q.iij.perlatum.§.contra.

**Hereſis.** ¶ hereſis grece ab electore dicit᷑.i.eā diſciplinā quam ibi vnuſqſqꝫ eligit: putat ēē meliorē.xxiiij.q.iij.hereſis.
¶ prima hereſis occaſione corporis xp̄i ⁊ ſanguinis orta eſt in diſcipulis.de conſe.di.ij.prima.
¶ poſt illa arriana que ponebat maioritatem gradus in perſonis: orta eſt in clericis.xvi.di.vi.ſynodus.§.i.
¶ tūc xp̄ianitas in diuerſas hereſes ſciſſa eſt qſi pp̄ fidei perſecutores epiſcopi ad concilia celebranda in vnū non poterant conuenire.xv.di.cānones.
Diuerſitatē hereſiuʒ ⁊ multiplicitatem earuʒ habes xxiij.q.iij.quidam autē heretici.per totum.
¶ inter hereſiʒ ⁊ ſciſma iſta eſt differētia: vʒ q: hereſis eſt in pūerſa doctrina: ſʒ ſciſma in ſeparatione ab eccleſia.xxiiij.q.iij.inter ſciſma.
¶ largo modo ſymoniaca prauitas dicitur impia hereſis.i.q.i.quiſquis.c.cum liqueat.⁊.c.eos.
¶ ſymoniaca hereſis ortum habuit tempore apoſtolorum.i.q.i.fertur.
¶ diuina prouidentia diuerſi erroris hereſes ēē p̄mittit vt fideles aſtutiores reddantur.xxiiij.q.vlti.c.vltimo.
¶ nullū peccatū ē grauius heresi.xxxij.q.vij.qđ in oibus.xxiiij.q.iij.quid autem.xxij.q.ij.primum.
¶ an grauius peccat qui hereſim incurrit ignorās an qui ſciens auaritie deſeruit.vi.q.i.quero.
¶ pro nullo alio q̄ pro heresi papa poteſt conueniri.xl.diſt.ſi papa.
¶ hereticus eſt qui falſas ac nouas opiniones gignit vel ſequitur.xxiiij.q.iij.hereticus.
Item hereticus eſt qui aliter ſcripturam ſacram intelligit q̄ ſenſus ſpiritus ſancti flagitat.xxiiij.q.iij hereſis.xxxvij.di.q̄uis.
Item hereticus eſt qui preciſus eſt ab vnitate eccleſie.iiij.q.iij.c.i.⁊ ſe.
Item hereticus qui in vnam hereſim dānatam incidit.xxiiij.q.i.acatius.
Itē hereticus dicit᷑ nō q̄ errat ſʒ qui errorem cōtumaciter defendit.xxiiij.q.iij.qui in eccleſia.
Itē large ſymoniacus dicit᷑ hereticus.i.q.i.qſquis.
Item qui romanaʒ eccleſiam negat eſſe caput eccleſiarum: ⁊ qui auctoritati eius derogat eſt hereticus.xxij.di.omnes.circa fi.
Itē ille q̄ hereticos defendit non ſolū hereticus ſed hereſiarcha dicendus eſt.xxiiij.q.vlti.qui aliorꝫ.
¶ preſumptio ſenſus proprij via eſt ad hereſim.xxiiij.q.iii.quid autem.
¶ qui in expoſitione ſcripture locum: tempus: perſonam non attendit: de facili in erroris laborintum cadit.xxix.di.ſciendum.
¶ nō ſunt īter hr̄ticos ɔputādi q̄ errorem ab aliis recipiētes parati ſunt poſtponē.xxiiii.q.iii.dixit
¶ ſicut ipſi heretici dāmati ſunt ab eccleſia. ſic ⁊ ſcripture eorū.xv.di.in primis.§.montanus.
¶ heretici excōicati ſunt ipſo iure.xxiiii.q.i.acati⁹ ⁊ duo.c.ſe.
Item poſt mortem excōmunicantur.xxiiii.q.ii.ſane profertur.per totum.
¶ conſortium ⁊ cōio hereticorum ſunt fugienda.xxiiii.q.i.aduocauit.⁊.c.ſe.⁊.q.iii.clericus.
¶ hereticorum conuenticula: conciliabula ſunt appellanda.xxiiii.q.iii.clericus.
¶ ſacramenta hereticorum in forma eccleſie tradita ſunt bona q: non ſunt humana ſʒ diuina.xxiii q.iiii.quid faciet.
¶ ſcienter non debent ab ipſis etiam in neceſſitate ſacramenta recipi.xxiiii.q.i.ſi quē forte.⁊ duobus.c.ſeq.
¶ nec danda ſunt ipſis a catholicis ſacramenta.xxiiii.q.ii.nec quiſq̄.
¶ heretici non habent ſalutem in ſe nec poteſtatē in alios.xxiiii.q.i.quodcūqꝫ.⁊.c.vbi.
Item q̄ non poſſunt contra fideles teſtificari.ii.q.vii.non poteſt.⁊.c.pagani.

Item nec ipſos accuſare poſſunt nec iudicare, iiii. q. i. c. i. xxv. q. i. omnie.

Item nec excōmunicare poſſunt nec condēnare. xxiiii. q. i. ait. ⁊ duo. c. ſeq.

¶ hereticos accuſare etiam infames perſone poſſunt. vi. q. i. nos. §. ſed licet. ⁊. c. ſequenti.

¶ hereticus hereticum excōmunicare poteſt: nō catholicum. xxiiii. q. i. miramur. §. i.

¶ hereticus excōmunicatus ab heretico ꝓpter crimen a catholicis propter deteſtationem culpe nō eſt recipiendus. xxiiii. q. i. quiſquis. ⁊. c. ſequēti.

¶ reges ⁊ principes terre debent hereticos perſequi ⁊ habent eccleſiam tueri. xxiii. queſtione. iiii. non inuenitur. ⁊. c. ſicut excellentiam.

¶ heretici ſunt cogendi ⁊ compellēdi ad fidei quā reliquerunt receptionem. xxiij. q. iiij. nimiū. vſq; ad fi. q.

Item poſſunt compelli per rerum tēporalium ſpoliationem. viij. di. quo iure. poſt me. xxiij. q. iiij. ipſa pietas. ⁊. c. qui peccat.

Item ſunt cogendi vel domandi per corporalem punitionem. xxiij. q. iiij. diſplicet. ⁊. c. ſe. ⁊. q. v. c. i. ⁊ duo. c. ſe.

¶ i perſecutione eorum non ad res eorū ſ; ad ſalutem reſpectus ē habēdus. xxiij. q. iiij. ipſa pietas. i fi.

¶ inuentor hereſis ⁊ imitator pari dānatione plectuntur. xxiiij. q. i. c. i.

¶ redeuntes debent recipi cum ſcriptura que continet deteſtationem preteriti erroris ⁊ vere fidei confeſſionem. i. q. vij. ſiqui voluerint. c. quotiens ⁊. c. maximū. ⁊. c. ſe. xxvi. q. vi. his qui tempore. i fi. de conſe. di. ij. ego berengarius.

¶ redeuntes ad priſtinam dignitatē reſtituūtur ō benignitate eccleſie. i. q. vij. conuenientibus. ⁊ c. didici. ⁊. c. maximū. xxiij. q. iiij. ipſa pietas.

¶ redeuntes non promouentur ad maiorem dignitatem. xij. di. nos. i. q. vij. ſaluberrimū.

# Henricus

¶ henricus primus imperator priuilegiū renunciauit ꝙ romani pontifices ꝓpter ſciſmaticos ⁊ hereticos contulerāt iperatoribus, ſup prouiſione ⁊ ſuper inueſtituris epiſcopoꝝ. lxiij. di. cōſtitutio. §. ex his.

# Histrio.

¶ hyſtrio ad accuſandū nō admittit q: ifamis ē. iiij. q. i. diffinimus.

¶ clerici maxici ſacris ꝯſtituti i conuiuijs vbi hyſtriões ſunt nō debēt intereſſe. xxxiiij. di. pſbyteri.

¶ hyſtriones prohibentur ad ordines promoueri xxxiij. di. maritum.

¶ nec eucariſtia in tali ſtatu manentibus: dari ōbet. de conſe. di. ij. pro dilectione.

¶ hyſtrionibus ꝓpter officiū ſuum res ſuas dare peccatum eſt imane. lxxxvi. di. donare.

# Holocaustum.

¶ holocauſtū ſpirituale ē ieiunare: elemoſinā dare: pudicitiā polliceri. xxiiij. q. i. odi ⁊ proieci.

# Homicidium

¶ homicidiū tres habet ſpēs: ſunt eni; homicide interfectores: detractores: ⁊ odium habentes. de pe. di. i. homicidiorum. iiij. c. ſeq.

¶ prime ſpeciei homicida eſt qui non tantū facto: ſed etia; conſilio vel fraude aliquem occidit. ō pe. di. i. periculoſe. ⁊. c. noli.

¶ oēs vulnerantes tandem mortuū vel conſilium vel auxilium prebentes homicide iudicant. xxiij. q. viij. c. vlti. xxxij. q. ij. aliquādo.

¶ non habens publicam adminiſtrationem ſi maleficiū vel qualēcūq; crimino ſu; interfecerit homicida iudicabitur. xxiij. q. vlti. quicūq; percutit ⁊. q. iiij. ille gladium.

¶ ille miniſter eſt homicida qui ſponte ſua illu; occidit quem ſcit etiam a iudice occidendum. xxiij. q. v. cum miniſter.

¶ homicida eſt qui aborſum viuentis anime procurat. xxxij. q. ij. qđ vero.

Item qui ſibi voluntarie membru; virile abſciderit lv. di. ſiquis ſemet.

¶ quicūq; qualicūq; modo ſe occiderit homicida iudicatur. xxiij. q. iiij. diſplicet. poſt me. q. v. ſi nō licet. per totum.

¶ videtur ꝙ ꝓpter periculū caſtitatis licet ſeipſu; occidere. xxiij. q. v. non eſt.

¶ Sampſon qui ſeipſum occidit cum alijs per inſtinctum ſpiritus ſancti de crimie excuſatur. xxiij q. v. ſi non licet. ante fi.

¶ pro illis qui ſuiipſius homicide ſunt non ē orandum: nec ſunt cum fidelibus ſepeliendi. xxiii. q. v placuit vt hi.

¶ ad homicidiū miſcere ſe cum aliis quilibet ōbet formidare. xxiii. q. viii. ſi i morte lōgobardorum.

¶ nulla lex inocentem occidere concedit. xxiii. q. v. ſi non licet.

¶ homicida maxime clericorum per iudices ſeculares ſunt ventilanda. xxiii. q. v. ſunt quedam.

¶ principi vel iudici iuſte officium exercenti: homicidium ad culpā iputat. xxiii. q. ii. noli. ⁊. c. ſe. q: v. de occidendis. ⁊. c. miles. ⁊ quat. c. ſe. ⁊. c. non fruſtra. ⁊. v. c. ſe.

¶ reū non iudex ſ; lex occidit: ⁊ ſi parcit contēptor ē legis. xxiii. q. v. miles. ⁊. c. iudex. ⁊. c. ſe.

¶ perimere malos auctoritate principis non ē cōmittere homicidium. xxiii. q. vlti. quicūq; percutit. ⁊. q. v. miles.

¶ ſancti patres zelo iuſtitie occidendo merebātur xxiii. q. iiii. ea vindicta. ⁊. q. v. remittūtur. q. viii legi. ⁊. c. ſe.

¶ cu; impius interficitur xp̄us dilatatur q: abhominatio aboletur. xv. q. i. nec his qui.

¶ excōicatos zelo iuſtitie occidendo homicidium non incurritur. xxiii. q. v. excōicatorum.

¶ ad depreſſionem inimicorū xp̄i licet clerico hortari laicos: nec ex hoc homicida reputatur. xxiii q. viii. igitur. ⁊ nouem. c. ſe.

¶ clericus non debet eſſe iudex in cauſa ſanguinis

qꝛ ex hoc efficitur irregularis.l.di.miroꝛ.ꝛ.iiii.c.ſe.ꝛ.c.de,his clericis.ꝛ.c.ſtudeat.

Qꝫ furioſo vel mente alienato homicidiũ ad penam non iputatur.xv.q.i.illud.§.vt itaqꝫ.in fi.ꝛ.c,aliquos.ꝛ.c.ſiquis inſaniens.

Qꝫ nec pure caſuale homicidium q̃tum ad penitẽtiam imputatur.l.di.hi qui arboꝛem.ꝛ.c.ſe.xv.q.i.nec iis.ꝛ;c.ſiquis.xxiiij.q.v.de occidendis.

Qꝫ nec caſuale iputat̃ homicidiũ quantũ ad irregularitatem.l.di.clerico.ꝛ.c.ſe.ꝛ.c,cum qui.ꝛ.c.hi qui arboꝛem.

Qꝫ pro homicidio inuoluntario vbi ſufficiens cautella non adhibetur ſm magis ꝛ minus leuioꝛ tamen q̃ pro alio homicidio penitẽtia eſt imponẽda.l.di.de clericis his.ꝛ.c.ſtudeat,ꝛ.iiii.c.ſe.xv.q.i.c.ſiqs non.

Qꝫ vbi per culpam qs i neceſſitatem homicidii venit:ꝯ homicidio nõ excuſat̃.xv.q.i.illud.§.itaqꝫ

Qꝫ vbi ſine culpa quis ad neceſſitatez peruenit homicidii non imputatur.l.diſt.ſepe.

Item ſi dedit operam rei licite ꝛ omnem cautelã adhibuit:non imputatur.l.di.hi qui.

Qꝫ cuz quis defendẽdo ſe vel ſociũ homicidiũ ꝯmittit:minus iputatur.xxiij.q.v.non ẽ iniquitatis

Qꝫ interpꝛetatiue homicida dicitur qui cum poſſit fame moꝛientibus non ſuccurrit.lxxxvi.di.paſce vi.q.i.decime.in fi.

Qꝫ paſtoꝛ cũ delinquentes non arguit:ipſos tacendo occidit.xliiij.di.ephesiis.

Qꝫ qui res epiſcopi vel eccleſie rapit:homicida iudicabitur.xij.q.ij.qui xpi.ꝛ.c.qui abſtulerit.

Qꝫ negans penitentiã moꝛienti homicida dicit̃.xxvi.q.vi.cognouimus.

Qꝫ ille qui aliquem ad peierandum ſcienter compulerit dupliciter eſt homicida.ſ.ſuiipſius ꝛ illius.xxij.q.v.ille.

Qꝫ qui alium occidit ꝛ qui alij detrahit ſeipſum occidit.de pe.di.i.homicidioꝛum.

Qꝫ homicide per eccleſiam cogendi ſunt ad penitentiam agendam.xxiiij.q.iij.itaqꝫ.

Qꝫ qꝛ diuerſi ſunt modi homicidij:iuxta hoc ꝛ diuerſitas culpe dꝫ penſari.xxiij.q.v.cum homo.

Qꝫ voluntarie vel furoꝛe laicum occidens ſeptez annoꝛum penitentia eſt puniendus.l.di.ſi qua.

Qꝫ clericum vel religioſum occidens punitur penitentia grauioꝛi.xvij.q.iiij.qui occiderit.

Qꝫ occiſoꝛ patris vel matris penitentia punitur amplioꝛi.xxxiij.q.ij.latoꝛem.

Qꝫ pro vxoꝛis homicidio pena grauiſſima imponitur.xxxiij.q.ij.admonere.

Qꝫ occidens vxoꝛem abſqꝫ lege vel ſine cauſa non debet nubere;tamen cum adoleſcente poteſt diſpẽſari.xxxiij.q.ij.interfectoꝛes.ꝛ duo.c.ſeq.

## Honoꝛ.

Qꝫ honoꝛ non eſt ſuſcipiendus:niſi prius is qui adipiſci deſiderat vires ſuas cum honoꝛe metiei.i.q.i.non eſt putanda.ꝛ.c.fertur.in fi.

Qꝫ ſi ad honoꝛes mundi ſine merito laboꝛis non ꝑuenitur:multo foꝛtius ad honoꝛes celeſtium dignitatum.lxi.di.miramur.in fi.

Qꝫ honoꝛ etiã a digno cum metu eſt ſuſcipiendus.i.q.i.non eſt.in fi.lxiij.di.valentinianus.

Qꝫ nemo debet ſibi honoꝛem aſſumere niſi a deo vocatus.viij.q.i.in ſcripturis.

Qꝫ honoꝛ contẽnenti ꝛ fugienti eſt offerendus.viij q.i.in ſcripturis.

Qꝫ honoꝛ per ambitionem ſuſceptus vergit ad culpam ꝛ ad penam.xl.di.multi.i.q.vi.ſicut.viij.q.i.ſunt.

Qꝫ pꝛelatus non ſuum ſed honoꝛẽ eccleſie debet cupere.xcix.di.ecce.

Qꝫ qui honoꝛe eſt maioꝛ:in ſanctitate ꝛ in ſolicitudine debet eſſe perfectioꝛ.c.di.rationis.i.q.i.viliſſimus.

Qꝫ non qui maioꝛ fuerit in honoꝛe eſt iuſtioꝛ:ſed q iuſtioꝛ eſt ille maioꝛ eſt.xl.di.multi.in fi.

Qꝫ tunc pꝛelatus honoꝛatur quando a ſuis ſubditꝭ honoꝛ quilibet debitus non negatur.xcix.di.ecce in fi.ꝛ.c.nullus.

Qꝫ qñ quis i maioꝛi honoꝛe conſtitutus peccat:tãto plus ẽ puniendus.v.q.vi.qꝛ.§.pꝛeſbyteri.

Qꝫ honoꝛ idebite oblatꝰ ẽ reſpuẽdus.xcix.di.nullꝰ.

Qꝫ honoꝛ ſic ſingulis exhibendus eſt vt ex hoc nulli derogetur.xcix.di.ecce.xi.q.iij.qui reſiſtit.xxv q.ij.de priuilegiis eccleſiaſticis.

Qꝫ ſacerdos in perſona dei cuius miniſter eſt honoratur.ij.q.iiij.habet.in fi.

Qꝫ ſacerdotes ſunt honoꝛandi quos deus dicens ipſos deus angelos honoꝛauit.xi.q.i.ſacerdotibꝰ.

Qꝫ dilectoꝛes huius ſeculi pro honoꝛe terreno multa tollerant:pꝛo celeſti pauca.xlvij.di.oẽs.i pn.

## Hoſpitalitas.

Qꝫ hoſpitalitas ꝑ ipſum xp̃m cõmendatur xlij.di.§.i.

Qꝫ hoſpitalitas exercenda eſt ad oẽs indifferenter xlij.di.quieſcamus.

Qꝫ hoſpitalitas omnibus exemplo ſanctoꝛum patrum perſuadetur.xlij.di.§.i.

Qꝫ zelandum eſt pꝛo hoſpitibus:qꝛ hoſpitalitas ẽt apud barbaros inuiolabilis cuſtoditur.xxxij.q.vij.offerebat.

Qꝫ res clericoꝛum debent eſſe cõmunes maxime ad ſuſceptionem peregrinoꝛum ꝛ hoſpitum.xvi.q.i quoniam quicquid.

Qꝫ hoſpitalitas maxime a pꝛelatis ꝛ religioſis ẽ ſeruanda.lxxxix.di.volumus.xij.q.i.quia.circa finẽ ꝛ.q.ij.mos.

Qꝫ pꝛelatus domuz ſuam hoſpitibus claudens:nõ põt eſſe hoſpitalitatis exhoꝛtatoꝛ.xlij.di.§.i.

Qꝫ electus in epiſcopum a confirmatione repellitur pꝛopter inhoſpitalitatem.lxxxv.di.floꝛentinum archidiaconum.

Qꝫ mali hoſpites qui res expoꝛtant hoſpitaſitium ſunt ſicut mus in pera:ignis in ſinu:ꝛ ſerpens in gremio qui male ſuos remunerant hoſpites.xiij.q.i.eccleſias.§.ad hec.poſt me.

¶ hoſpitalium cōſtructio ⁊ gubernatio ſpectat ad curam epiſcopi·xviij·q·ij.quidam.

**Hoſtiarius.** ¶ hoſtiarij in veteri teſtamento idem ſunt quod ianitores·xxi.di.cleros·

¶ hoſtiarij effectus ē claues eccleſie tenere ⁊ oia q̄ ſunt intus ⁊ extra cuſtodire·xx.di perlectis.

**Hoſtis.** ¶ hoſtis interior eſt mala voluntas.xxiij·q.i.paratus.in fi·

¶ exterius hoſtem pugnantē neceſſitas debet primere non voluntas. xxiij.q.i·noli·

¶ capto hoſti miſericordia debetur niſi pacis perturbatio timeatur.xxiij.q.i.noli·in fi.

¶ hoſti fides ſi ꝓmittitur ē ſeruāda.xxiij·q.i·noli

¶ iniuſto bello nil refert vtrum hoſtis aperte vel inſidijs expugnetur.xxiij·q.ij.dominus.

**Humilitas.** ¶ humilitas ē pnic fundamentuz.de pe. diſt.ij. c.i·circa prin.

¶ humilitatis exercitia ſunt vilioribus officijs ſe ſubdere ⁊ miſterijs indignioribus ſe tradere. de pe·di.ij.c.i.

¶ humilitas i p̄latis ē cōmendabilis.xcix.di.ecce.

¶ nihil fulget epiſcopali ceruice ſpendidius q̄ humilitas.c.di·contra morem·ante fi·

¶ humilitas docendis ⁊ diſcendis perſuadetur. xxxviij·di·ſedulo·⁊.c.nullus.xl·di.multi.in fine xxiij.q.iij·ſi habes·

¶ virginitas cum humilitate eſt admittenda·xxx di.hec ſcripſimus.

¶ xps verbis ⁊ factis exemplum dedit humilitatis xciij.di.dominus·ix.q.iij.nullus·ante fi.

¶ neophiti ⁊ totius humilitatis ignari ad regimen eccleſie nō ſunt aſſumēdi.lxi·di.ſtatuim᷒ ·§.i

¶ boni paſtores potius per humilitatis manſuetudinē ſtudēt peccantes reuocare q̄ ꝑ auſteritatē in foueā ꝑditionis propellere.xlv·di.recedite·

¶ q̄ ſibi vult ab alijs humiliter obediri ⁊ ipſe ſuo ſuperiori obediat.ij.q.vi.qui ſe ſcit.

¶ cum culpa nō exigit oēs ſm rōnem humilitatis equales ſumus·xxij.di·de conſtantinopolitana.

¶ humilitatis cauſa non eſt in confeſſione mentiendum·xxij·q.ij·cum humilitatis.

¶ humilitas non eſt vbi eſt falſitas·xxij.q.ij.cū·⁊.c.incaute.

¶ ficta humilitas eſt cum ſuperbia mixta·viij·q·i. in ſcripturis.in fi.

¶ nemo prelatis ſuis ſic humilitate dz ſubijci vt cogatur ipſorum vitia venerari.ij·q.vij.admonēdi

**Jacob.** ¶ Jacob dicendo ſe primogenitum non eſt mentitus. q: non ad natiuitatem: ſed ad ius primogeniture reſpectum habuit.xxij·q.ij·querítur.§.proximo.

¶ non precedens ſꝫ ſubſequēs conſenſus Jacob in liam fecit eos coniuges·xxix·q·i.§. ſed obijcitur.

¶ Jacob licet in ſe eſſet bonus tamē filios aliquos malos; aliquos bonos hūit. xxxij.q.iiij·recurrat

¶ in hoc q̄ vidit angelos deſcendentes vitam prelatorum actiuam ⁊ contemplatiuā deſignat·lxxxviij.di.decreuit.

**Jactare.** ¶ iactare non debet ſe quis de ſtatu perfectionis ſue: q: ⁊ petr᷒ poſt iactantiam cecidit.vi.q.i.imitare.

¶ omni ornatu qui poſſit iactantiam inferre: debent cauere clerici.xxi·q·iiij.c·i.xxiij·di·his igit.

**Jdolatria.** ¶ idolatria quam ſequunt infideles ⁊ quelibet notia ſuperſtitō ē fornicatio ſpūalis.xxviij·q·i.idolatria

¶ idolorum culturam ſubtilitas demonum adinuenit.xxvi.q.iiij.ſciendum.per totum.

¶ ille particeps eſt idolatrie qui res ſuas quas prohibere poteſt; permittit idolis imolari·xxvi.q. ij·ſi de area.

¶ eligendum eſt potius primo mori q̄ ob reuerentiam idolorum idolaticis veſcixx ·iij·q.iiij.ſicut ſacius.

¶ Salomon qui deo templum conſtruxerat excecatus luxuria: templum idolis fabricauit. xxij. q.iiij·ſalomon·

¶ idolatra fit quis iterpetratiue multipliciter; videlicet per eucharíſtie perceptionem indiguam. xxxij.q: preter hoc.§·porro.viij.di.ſiqui.

Jtem per rebellem obedientiam.viij.q.i·ſciendum. in fi.

Jtem per eſtuantem auaritiam.vi·q.v.quere·

Jtem per ſortilegiorum ⁊ diuinationum obſeruantiam.xxvi·q.ij.ſors.§.ſe.⁊·c.ſed ⁊ illud.⁊·q.v.§.i.

**Jeiunium.** ¶ ieiunium eſt duplex: ſpirituale ⁊ corporale·de conſecra.di.v·ieiunium·

¶ magnum precipuum eſt ieiunium ſpirituale; videlicet a peccatis abſtinere·de conſe·di.v. ieiunium.⁊.c.nihil·

¶ ieiunium corporale quod a cibis abſtinere eſt auctorizabile: quia primo a deo in paradiſo eſt ceptum.xxxv·di·vi·

¶ a ſanctis patribus ⁊ ab eccleſia eſt inſtitutuz·de conſe.di·v·ieiunia in eccleſia.⁊ tribus·c·ſe·

¶ ieiunium de quo non eſt preceptum vt ſcādaluz vitetur ſm morem patrie eſt ſeruandum·xij·di.illa.lxxvi.di.vtinam.

¶ ieiunium ab eccleſia inſtitutum ſine cauſa non eſt violandum.de conſe.di·v·ieiunia in eccleſia.

¶ ieiunium quadrageſimale quod eſt pro decima temporis anni eſt diligenter ſeruandum. lxxvi. diſt.ſtatuimus.⁊ duo.c·ſeq.de conſe·diſt.i.ſolēt v.di·quadrageſima·⁊.c·ieiunium.

¶ ieiunium quattuor temporū eſt omnino ab omnibus ſeruandum.lxxvi·diſtinctione·ieiunium. ⁊·vi.c.ſe·

¶ quibus menſibus ⁊ quibus de cauſis ſeruanda ſunt: ⁊ in veteri lege ſeruata ſunt ieiunia quattuor temporum habes.lxxvi.diſt.ſtatuimus·⁊ duobus·c.ſe·

¶ antiquitus primus menſis anni Martius com

putabatur; ⁊ de omni alio tempoꝛe quando quattuoꝛ tempoꝛa ieiunabantur ·lxxvi. diſt· ſtatuimus ⁊·c. ſeq.

¶ a modernis hoc ieiunium fit quarta feria pꝛoxima poſt diem cinerum. Secūdum in ebdomoda penthecoſtes. Tertium in ſeptembri poſt exaltationem ſancte crucis. Quartum in decēbꝛi poſt feſtum ſancte lucie. lxxvi· diſtinctione. ſtatu im᷑. vnde verſus·

Dat crux; lucie; cineris; cariſmata dya
Ut ſit in angaria; quarta ſequens feria.

¶ dies tres rogationum ante aſcenſionem domini ſunt ieiunandi. de conſe. di. iij· rogationes.

¶ ſicut in memoꝛiam paſſionis ſexta feria ieiunatur; ſic ⁊ ſabbatum in memoꝛiam ſepulture ē ieiunandum· de conſe· di. iij. in ſabbato·

¶ de ieiunio ſabbati videtur mos patrie ſeruādus xij. di· illa.

¶ die ſabbati eſt a carnibus abſtinendū· de cōſe. di·v. qua die·

¶ in cena domini nō eſt ſoluendum ieiunium. de conſe. di. iij· non liceat. ⁊. c. ſe.

¶ die dominico ne ſequamur erroꝛes infideliū nō eſt ieiunandum. xxx. di. ſiquis tanq̄. ⁊. c. ſiquis pſbyter· lxxvi· di. ieiunium. de conſe. di. iij. ieiuniū. ⁊·c. nequis.

¶ nec ieiunandum tempoꝛe paſcali vſq; ad penthecoſten· lxxvi. diſt· ieiunium. §. non autem. ⁊·c·ſe.

¶ ieiunantes illo tempoꝛe ex deuotione non ſunt arguendi. lxxvi. di. poſt. c. vtinam.

¶ hoꝛa meridiana in ieiunijs eſt comedendum. de conſe. di·v. non modico· ⁊. c. ſeq·

¶ in quadrageſima ieiunium ſoluit qui anteq̄ veſperas dicit vel audit comedit. de conſe. di. i. ſolēt.

¶ in ieiunijs quattuoꝛ tempoꝛū ⁊ in vigilia paſce circa veſpertinam hoꝛam eſt miſſa celebꝛanda; ⁊ poſt comedendum. de conſe. di. i. ſolent.

¶ oꝛdinans ⁊ oꝛdinandus debent eſſe ieiunij· lxxv di. quod a patribus. ⁊. c. ſe.

¶ excepta cauſa infirmitatis non debent cōmunicare niſi ieiuni. de conſe· di· ij. liquido· l· diſtinc· pſbyteros. xxvi. q·vi. ſiquis de coꝛpoꝛe. iiij. diſtin. deniq;. in fi.

¶ moderantia cibi eſt in ieiunijs habenda. de conſe· di. v. non dico. ⁊·c. ſe.

¶ in ieiunijs maxime quadrageſime a magnis piſcibus ⁊ cibis laſciuis ⁊ potibus abſtinendum. iiij. diſt. deniq;.

¶ plenus vēter facile diſputat de ieiunijs. xviij· di. habeatur. lxxxvi. di. quid pꝛodeſt.

¶ pꝛimo homini firmitatis virtus fuit in ieiunio; cognitio infirmitatis in cibo. xxxv. di. ſex·

¶ ieiunium delinquentis vulnera curat; ⁊ curatos ſanctificat. de conſe. di·v. ſint tibi.

Item ſatiſfacit pꝛo cōmiſſis. lxxvi. di· igitur.

¶ viuentium ieiunia ſunt defunctoꝛum auxilia· xiij q. ij. anime·

¶ ieiuniū ex cauſa redimitur elemoſina. lxxxij. di· pꝛeſbyter. āte fi·

¶ duoꝛum vel plurium dierum abſq; cibo ieiuniū pꝛohibetur. de conſe. di. v. non dico· ⁊ duobus. c. ſequentibus·

¶ melius ieiunat qui ſepius parum q̄ qui ingurgitando lautius rarius comedit. de conſe. di. v. nō dico· ⁊ duo. c. ſeq.

De hac materia habes vbi agitur de abſtinentia.

**Jeſabel.** ¶ Jeſabel nonnullos pꝛouocabat ſtupꝛo ſui coꝛpoꝛis ad imolandum idoli· xxiiij. q. iiij. ſi illic. §. quod tunc·

**Ignis.** ¶ eſt ignis intenſe deuotionis qui inflāmat ſacrificia depꝛecantium. i. q. i· cum ſcriptura.

¶ eſt ignis vere contritionis quo igne decoquunt ⁊ purificantur penitentes. xxvij. q. i· ipudicas.

¶ eſt ignis indebite vltionis a quo pꝛohibiti ſunt apoſtoli ne exurerēt ſamaritanos· xxiij· q. iiij. q̄d faciet. in fi. ⁊. c· ſe.

¶ eſt carnalis voluptatis in quo igne bonus cōiugaris poſitus neſcit ardere. xxxiiij· q. iiij. vir cum pꝛopꝛia· in fi.

¶ eſt ignis ambitionis ⁊ cupiditatis qui tanquā ignis alienus exurit ⁊ non mundat· de pe. di. iij. inter hec.

¶ eſt ignis diuine conſolationis qui culpam exurit non hominem ⁊ ſanat pure confitētes. de pe. di· iij. inter hec·

¶ eſt ignis future purgationis qui excedit omnē pꝛeſentem penam· xxvi. di. qui ſi aliud· de pe. di. vij· nullus expectet.

¶ ignis purgatoꝛius poſt hāc vitam credēdus ſit xxv. diſt. qualis. i ſi. xxxiij. q. ij. admonere. circa medium. i. q· iij· peruenit. de pe. diſtic. vltima. c. nullus expectet·

**Ignorantia.** ¶ ignoꝛātia eſt triplex videlicet bona; mala; ⁊ idifferens. xxxviij· di. q̄uis. ⁊· ij. c. ſe·

¶ bona eſt ignoꝛātia eoꝛum que dāt occaſionem ad peccādū que neſcire melius eſt q̄ ſcire· xxxviij di· q̄uis·

¶ mala eſt ignoꝛātia quādo ea que dei ſunt ignoꝛātur; q: talis ignoꝛans ignoꝛabit· xxxviij· di. q̄ ea.

¶ idifferens ignoꝛātia eſt in his in quibus nihil iītereſt ad regnū dei vtrum ſciantur an nō· xxij. q. quibus·

¶ alia eſt ignoꝛātia facti; alia iuris. i. q· iiij. §. vltimo· ante me. xxij· q. iiij· inocēs. §. i·

Item ignoꝛātia facti alia ſimplex; alia pꝛobabilis; alia craſſa ⁊ ſuppina.

Ignoꝛātia ſimplex eſt vera ⁊ nō ſimulata i q̄ peccātibus eſt parcēdum. xi. q. iij. excellētiſſimus. ⁊·c. ſequē· ⁊. xxvi. q· ij. c. vltimo. i. q· iiii· §. vltio. vbi agitur de idolatricis·

Ignoꝛātia pꝛobabilis eſt que pꝛobari poteſt; hec excuſabilis eſt pꝛo tāto· i· q. i. ſiqui ſymoniacis·

Ignoꝛātia craſſa ⁊ ſupina eſt quādo factum omnibus publicum ignoꝛatur; que nemiem excuſat; ſi



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

aut iudei non excuſantur q: xp̄m aduenisse igno/
rant. i. q. iiij. §. vltimo. xij. q. ij. qui diuinis. xxiij.
q. i. paratus. circa medium. xi. q. iij. cure. viij. q. i.
licet ergo. xx. diſt. ſi decreta. xvi. diſtin. quod di/
citis.

Ignorantia iuris alia eſt iuris naturalis que omni/
bus adultis ⁊ diſcernentibus ē damnabilis. alia
eſt iuris ciuilis ⁊ canonici que quibuſdam p̄mit
titur ignorare; quibuſdam non. i. q. iiij. §. vltimo
in fi.

¶ ignorantia iuris ciuilis vel canonici excuſat a
tanto. xxiiij. q. i. ſiquis dederit. xxxij. q. vij. quem/
admodum. vi. q. i. quero.

¶ ignorantia iuris ciuilis vel canonici non excuſat
a toto. i. q. iiij. §. vltimo ante finem. xxxviij. diſt.
preſbyterum.

¶ filij iſrael circa promiſſionem gabaonitarum ha
buerunt ignorantiam facti; ſed non iuris. xxij. q.
iiij. innocens. §. i.

¶ ignorantia in ciuilibus que eſt ex furore vel de/
mentia: ſi eſt ex caſu non imputatur. ſi autem ve/
nit ex culpa noxia eſt. xv. q. i. ſiquis inſaniens. ⁊
c. proximo. ⁊ c. queritur. §. itaqꝫ.

¶ ignorantia vincibilis procedens ex negligentia
excuſat a tanto ſed non a toto. xxxij. q. vij. quem/
admodum.

¶ affectata ignorantia eſt quando quis non vult i
telligere vt bene agat. xxxvij. di. c. vlti. cū. ij. §. ſe.

¶ ignorantia eſt mala ⁊ periculoſa q: mater eſt cūc
torum errorum. xxxviij. di. ignorantia.

¶ licet laicis ſit noxia; ſacerdotibus tamen qui du
catum prebere debent alijs eſt periculoſior. xxxvij.
di. c. vlti. §. vt itaqꝫ. ⁊ xxxviij. di. c. i. ⁊. vi. c. ſeq.

¶ ignorans non ſemper errat. xxxiij. di. quāuis.

¶ dicitur quis ignorare quādo nō cognoſcit illud
eſſe peccatum quod facit; vel non tantum quātuꝫ
eſt; talis excuſatur pro tanto ſed nō pro toto. viij
di. conſuetudo.

¶ qui ignorat modum ⁊ qualitatem facti; ipſe tūc
peccat quando ignorantia iuris laborat. viij. di.
conſuetudo. Exemplū de paulo; ſed tunc nō pec
cat quando facti ignorantia habet. xxxiij. q. i. i le
ctum.

¶ qui dando operam rei licite ignorās quid ex fac
to ſuo ſit ſecuturum; vt ille qui volens patrē ſuū
a leone liberare ſagittam mittet patrem occidit
non peccat. xxiij. q. v. de occidendis. l. di. ſepe.

¶ licet aliquis ignoret ſe debere continere recipien
do ordinem ex eo ꝙ recipit ordinem tenetur conti
nere xxviij. di. preſbyterum.

¶ licet quis ignoranter rebaptizetur ad ſacros tñ
non pōt promoueri. de conſe. di. iiij. qui bis.

¶ qui patre procurante eccleſiā ſymoniace lꝫ igno
ranter adeptus fuerit crimine careat; fructum ta/
men paterne emptionis reportare non poterit. i.
q. v. hos qui. §. ex hac.

**Imitatio.** ¶ imitatio xp̄i eſt neceſſaria nobis ne ab ipſius corpore ſe/
parēmur. lvi. di. dominus. lxxij. diſ. propoſuiſti.

¶ filij dei ſum⁹ ⁊ ip̄m imitari debem⁹. lvi. di. dn̄s.

¶ xp̄s dedit exemplum imitationis in patientia ⁊
humilitate. xciij. di. dominus.

¶ ſuperiores noſtros in bono imitari parati eſſe d
bemus. xcij. di. de conſtantinopolitana. lxiij. di.
valentinianus.

**Imitator.** ¶ imitator debet ſe totius v̄tutis imitationem oſtendere.
lxiij. di. valentinianus.

**Imago.** ¶ imago ponitur circa finem i littera. y.

**Imperator.** ¶ imperator catholi/cus filius eſt non preſul
eccleſie. xcvi. di. ſi imperator

¶ nihil honorificentius ē ꝙ imperator filius ec/
cleſie dicat. xxiij. q. viij. conuenior. ante fi.

¶ iperator conſtantinopolitanus pape coronā om
nemqꝫ regiam dignitatem in vrbe romana: ⁊ in
italia ⁊ in partibus occidentalibus cōceſſit. xcvi.
di. conſtantinus.

¶ nulli imperatori licet decernere de electione ſum
mi pontificis: ⁊ de reb⁹ eccleſiaſticis. xcvi. di. §. i.

¶ imperator aduocatus ⁊ defenſor debet eſſe eccle/
ſie. xcvii. diſ. eccleſie mee.

¶ imperator debet iurare fidelitatem pape: ⁊ bo/
na eccleſie defendere. lxiii. di. ⁊. hi domino.

¶ nec iperator iura pōtificatus nec pōtifex nomē
iperatoris debꝫ vſurpare. xcvi. di. cū ad verum.

¶ imperator pēdet ex pape iudicio; nō papa ex im
peratoris. xcvi. di. domino.

¶ iperatores debēt pōtificibus caput iclinare. lxiij
di. valētinianus. xcvi. di. duo ſunt.

¶ imperator poteſt intereſſe cōſilio pōtificis pro cō/
firmatiōe fidei: als nō. xcvi. di. nos ad fideꝫ. ⁊ c.
vbi. ⁊. c. ſatis.

¶ nec ſpectat ad iperatorē prelatos eccleſie iudica/
re. xcvi. di. ſi imperator. ⁊. c. in ſcripturis.

¶ iperiali iudicio nō poſſunt eccleſiaſtica iura diſ/
ſolui q: imperator ſubeſt eccleſie. x. diſtinc. per to
tum.

¶ ab imperatore nō poteſt peti cognitio iudicioꝝ
clericorum; ſed tēporale poteſt peti. xi. q. i. placu/
it vt quicūqꝫ. xij. q. v. ſiquis a proprio.

¶ papa poteſt imperatorem excōicare: q: gelaſius
papa anaſtaſiū iperatoreꝫ excōicauit. xcvi. diſt. duo
ſunt

¶ papa zacharias dpoſito rege frāchoꝝ tradidit
regnū pipino patri caroli iperatoris. xv. q. vi. alius

¶ lodouic⁹ iperator ⁊ p̄mus hēricus ⁊ prim⁹ Otto
renūciauerūt puilegio ſup puiſiōe pape ꝙ ſūmi pō
tifices pp̄ ſciſmaticos cōtulerāt iperatoribus. lxiij
di. per totū; ⁊ precipue. §. ex his.

De hac materia habes vbi agitur de rege.

**Impoſitio.** ¶ ipoſitō man⁹ q: nō ē ali ud ꝙ oro ſup hoīeꝫ pōt repe
ti. i. q. i. manus.

¶ hi qui baptiſmū ab hereticis ſuſceperit nō ſunt

rebaptizādi, ſed tātū p ipoſitionē manus ſunt cō firmādi. prima. q. i. bi. qui baptiſma.
¶ cum epiſcopo benedictio ſuper caput funditur omnes epiſcopi preſentes manus imponendo de bent ipſius caput tangere. xxiij. diſ. epiſcopus.
¶ epo pſbyterorꝫ ordināte ꝛ manū ſup caput ei⁹ po nēte oēs pñtes pſbyteri debent man⁹ ſuas iuxta manum epi tenere. xxiij. di. preſbyter.
¶ diacon⁹ ꝛ ſacerdos qñ ordinant accipiūt mun⁹ impoſitionem. v. q vj. q: iuxta. xxiii. di. dyaco nus.
¶ epo man⁹ imponēte ſuper ordinādū ꝛ alio ora tionē dicēte nihil agit. xxiij. di. quorundam.
¶ ſubdiacono quia in ordinatione ſua impoſitio nem manus nō accipit loco eius calicem ꝛ pate nā vacuum accipit. xxiij. diſ. ſubdiaconus.
¶ abſqꝫ impoſitione man⁹ epi etiā ſi tonſurā cleri calē quis ab eo haberet non licet publice in eccle ſia legere. lxix. di. quoniam.
¶ abbati cui impoſita eſt man⁹ per epm ꝛ eſt pre ſbyter licet in proprio monaſterio cōferre duos minores ordines. lxix. di. quoniam.

# Incantatio.

¶ incantatio ex magicis artibus ſiue caracteribus proueniens ſiue ex conſultationibus demonum damnabilis eſt. xxvj. q. ij. illud.
¶ attēdere inanē ſignorꝫ i celo fallaciā i cōiugijs ſo ciādis i domibus edificādis ꝛ i arborib⁹ plātan dis icātātio illicita ē. xxvi. q. v. nō liceat.
¶ ifideles reputant matres que pueris ſuis capita dolentib⁹: vel alia ifirmitate laborātib⁹ pter pa ter noſter ꝛ credo i deo querūt ligaturas ſacrile gas ꝛ icātatiōes. lxxxiij. di. qui nō. ante me.
¶ incantationes ifirmitatib⁹ hominū nihil remē dij preſtant. xxvi. q. vlti. admoneant.
¶ gemme vel herbe ad infirmos poſſunt portari ſi ne incantatione. xxvi. q. vlt. c. vlt.
¶ icantatione ab ecclia ſūt reiciēde. xxvi. q. v. ꝛ. c. nō oꝫ. ꝛ. c augurijs. ꝛ. q vlt. admoneāt.
¶ icātatores ſunt ifames. vi. q. i. infames.
De hac materia habes vbi agitur de diuinatione: ꝛ vbi agitur de ſortilegio.

# Incendiarius.

¶ icēdiari⁹ nō ſ˜ ſolū q̄ fac̄ ſꝫ q̄ iubet ꝛ cōſentit. xxiij. q. vlt. ſi qs membrorum.
¶ icēdiarij nocturni pcipue rerū eccleſiaſticarꝫ ſunt grauis puniēdi. xij. q. ij. cū deuotiſſimā.
¶ icendiarij ſunt a cōione fideliū quouſqꝫ ſatiſfa ciant ſeparandi. xxiij. q. vlt. ſi quis mēbrorꝫ.
¶ icēdiarij ex odio vel malitia ꝛ ipſis cōſentientes ſunt e communicandi. xxiij. q. vlt. peſſimam.
¶ incendiarij cum ſatiſfacione preteritorum ꝛ iu ramento de vltra non comittendo debent abſol ui. xxiij. vlt. peſſimam.
¶ quia forma abſolutionis incendiariorum con ſona eſt cum forma abſolutionis excomunicatorꝫ videtur ꝙ a canone ipſo facto ſunt excoīunicati xxiij. q. vlti. peſſimam.

¶ epiſcopus qui penitētiā incēdiariorꝫ: que ē per annū eſſe vltra mare relaxauerit ab officio epiſco pali p annū abſtinebit. xxiij. q. vlti. peſſimam.
¶ incendiarius ſi ſine ſatiſfacione ꝛ penitentia mortu⁹ fuerit carebit eccleſiaſtica ſepultura. xxiij q. vlti. peſſimam.

# Inceptio.

¶ inceptio ſiue ichoatio bo ne vite nō poteſt fieri niſi cum charitate de pe. di. ij. §. non autem.
¶ multi bene incipiunt qui in malo vitam finiunt de pe. diſ. ij. ſi enim inquit. §. multi.

# Inceſtus.

¶ inceſtus eſt conſanguine orum vel affinium abuſus. xxxvi. q. i. lex illa. §. cum ergo.
¶ virgines que poſt cōſecrationē nupſerint nō tā adultere ꝙ inceſte. ſunt. xxvij. diſ. virgines.
¶ iceſtū cōmittit q̄ ſponſaꝫ fratris ſui licet ab eo nō cognitā duxit i vxorē. xxvij. diſ. ſi qs vxorem. ꝛ. c. ſe. ꝛ. c. prece. ſi quis deſponſauerit.
Que ſunt perſone conſanguinee vel affines: cū qui bus inceſtus cōmittitur habes. xxxv. q. iij. de in ceſtis. ꝛ. c. nec eam.
¶ inceſtus quantum ad peccatum grauior ē adul terio. xxxii. q. vii. adulterii.
¶ iceſtuoſus nec teſtificari: nec accuſare pōt q: in famis. iii. q. iiii. cōſanguineorꝫ. vi. q. i. ifames.
Item inceſtuoſi a cōmunione fideliū ſunt ſeperandi xxxv. q. vi. de his ꝛ. q. viii. c. vlt.
Item inceſtuoſi non debent matrimonium contra here. xxxii. q. vii. quedam ꝛ. v. c. ſeque. xxxiiii. q. vltima in lectum.
¶ inceſtum committens ex ſua culpa poſt mortē viri non debet contrahere. xxxiii. q. vlt. in le ctum. ꝛ. c. ſeq.
¶ poſſunt contrahere matrimonium: qu orum in ceſtum excuſat ignorantia. xxxiiii. q. vlti ma: in lectum. ꝛ. c. ſe.
¶ filii de inceſtu pcreati nō reputant filii quātū ad paternā ſucceſſionē. xxxv. q. vii. c. i.

# Inconſtantia.

¶ incōſtātia animi ꝓpedit: quādo epiſco pus vel pſbyter dimiſſa ſua eccleſia propria teme ritate ſine cauſa alibi vagat. vii. q. i. non opor tet. vſque ad. §. quod vero.
¶ incōſtans prelatus iudicatur: qui propter tribu lationem a grege ſibi cōmiſſo ſe elongat. vii. q. i. ſuggeſtum. ꝛ. duo. c. ſequenti.
¶ incōſtātia i vouentibus caſtitatem ꝛ nō ſeruā tibus reprobatur. xvii. q. i. vouentibus.
Item i monachis a profeſſione ſui nois ꝛ religiōis ꝛ a religione recedentibus. xvi. q. i. ſi cupis ꝛ. c. placuit. ꝛ. c. iuxta.
¶ icōſtātes ſunt qui bona facere deliberāt ꝛ effe ctui nō mancipiāt. xvii. q. i. qui bona.

# Incorrigibilitas.

¶ icorrigibili tas in epiſcopo ē deteſtabilis. xxxiiii. diſ. quorūdam.
¶ qui ſacerdotali admonitione de malis non cor

riguntur ab eccleſia ſunt ſeperandi. xvi. q. i. in canonibus in fi.

De hac materia habes: vbi agit᷑ de correctione.

**Indulgentia.** ¶ indulgentia peccatoꝝ fit per penitentiā. i. q. vii. ſi quis omnem.

¶ bon᷒ ē dñs i omnib᷒: ⁊ aperta viſcera eius omni homini penitēti. i. q. vij. ſi quis omnē poſt me.

¶ deus peccatori conuertenti ſe preſtat indulgentiam de pe. diſ. i. petro. §. hoc idem.

**Indutie.** ¶ iducie tā actori ꝙ̄ reo dāde ſūt a iudice: ne aquacunqꝫ pte ꝑpere agat᷑: vel ꝑ ſubreptionē. iij. q. iij. inducie.

¶ induciarum tempus ꝗ̄tū ad teſtiū vel iſtrumentoꝝ ꝓductionē: ſi in eadē prouincialis agit᷑ tres menſes. Si vero in alia vicina tamē ſex. Si vero in vltramarina nouem menſes indulgentur. iij. q. iij. inducie. §. i.

De aliaꝝ reꝝ iducijs habet. iij. q. iij. iducie accuſatis.

De hac materia habes vbi agitur de deliberatione: ⁊ vbi agitur de acceleratione.

**Infamia.** ¶ infamia non defacili deb; credi ſed probata citius vlciſci. xj. q. iij. incunctis.

¶ duplex eſt infamia videlicet iuris canonici: que ē crimen mortalis peccati vel excōmunicationis hec tollit᷑ quantū ad culpā per penitētiā ⁊ abſolutionē. vj. q. i. illi qui ſed quantū ad iinfamie notā; ſi ſunt clerici non tollitur niſi per papam. ij. q. iij. euphemium. §. hinc autem.

Alia eſt ifamia iuris ciuilis que mltiplicíter erogat᷑ Aliqñ eni cōtrahit᷑ genere delicti. Aliqñ genere pene. Aliquādo genere vtriuſqꝫ. aliqñ genere facti. iij. q. vij. ifames i fi. ⁊. c. infamis. §. porro.

Huius infamie notam non poteſt delere niſi ciuilis iudex cuius intereſt legem condere. ij. q. iij. euphemium. §. proximo.

¶ ifamiā quādoqꝫ incurrūt boni ex diuina diſpoſitiōe vt purgent vl̄ ꝓbēt᷑. vj. q. j. ſunt plurimi.

¶ infāmia ad conſtantiam recurrendum eſt ⁊ ſi ñ inuenitur malum quod dicitur in leticiam debemus proſilire. xj. q. iij. inter verba.

¶ infamia ſi nobis teſtis eſt in celo ⁊ teſtis in corde dimittendi ſunt ſtulti foris loqui quod volunt xj. q. iij. inter verba ⁊. c. ſe.

¶ non oēs lege canonū ſunt infames quos leges ſeculi ifames ꝓnūciāt. ij. q. iij. euphemiū. §. prio:

¶ licet illa que infra tempus luctus nubit. ſecūdū leges ſeculi ſit ifamis. ſecūdū canones nō eſt infamis. ij. q. iij. euphemium. §. proximo.

¶ multa ⁊ varia ſunt crimina. que reddunt homines infames que ponuntur. iij. q. v. c. conſtituimus ⁊. vi. q. i. infames.

¶ fidei xp̄iane ⁊ auctoritatis apoſtolice ſtat᷒ ꝑuaricatores ſunt infames. ij. q. v j. alieni.

Item omnis hereticus ⁊ infidelis ē infamis. ij. q. vj alieni. vj. q. i. infames.

Item ſimoniaci. vi. q. iij. ſane.

Item omnis apoſtata qui atramite propoſiti ſui receſſit. ij. q. vij. alieni. iij. q. iiij. ſi quis a vero.

Item omnis inceſtus mācula pollutus. iij. q. iiij. cōſanguineorum.

Item infamis eſt clericus qui ex ſua culpa irregularis efficitur. vj. q. i. omnis vero.

Item infames ſunt qui ſuperiores ſuos calumnioſe impetunt. iij. q. iiij. conſanguineorum.

Item omnes patrum inuaſores. iij. q. v. omnes.

Item omnes epiſcopoꝝ vel abatum calumnioſi accuſatores vel conſpiratores. iij. q. iiij. clericus ⁊. c. ſequenti. xj. q. j. conſpirationum.

Item omnes qui malitioſe aduerſus ſacerdotes armantur. vj. q. i. ſacerdotes.

Item hyſtriones ⁊ omnes turpitudinibus deſeruientes. iiij. q. i. diffinimus.

Item ſepulcroꝝ violatores. vi. q. i. infames.

Item eccleſiaſticorum prediorum direptores. xvii. q. iii. attendendum.

¶ nō ē cōmunicādū malis ne ifamiā male agentiū in nos tranſferamus. xiiii. q. vltima. hii qui.

¶ infamis nec aduocatus; nec procurator eſſe poteſt. ii. q. vii. infamis.

Item nec accuſator; nec teſtis eſſe poteſt. iii. q. iiii. nulli ⁊. q. v. omnes. iiii. q. i. diffinimim᷒. v. q. i. beatus. ⁊. c. ſe.

¶ infamia maxime clericorum propter ſcandalum aliorum inducit purgationem ii. q. iiii. preſbyter ⁊ duobus capitulis ſe.

¶ accuſans de crimie ⁊ ꝓbare nō valēs infamis efficitur. ii. q. iii. c. i. ⁊. v. q. vlti. omnis qui.

¶ ifamatores hominū ſunt peiores direptoribus rerum. vi. q. i. ex merito ⁊. c. deteriores.

¶ ifamatores hominū ſunt etiā corporaliter affligēdi: quinta. q. i. c. i. ⁊. q. v. delatori. ⁊. c. ſi quis.

Itē ifamatores ſūt excomunicādi. v. q. i. quidam.

¶ infamis dicitur locus vbi crimen committitur. xxxii. q. v. tollerabilius.

¶ lupanaria nō ifamāt caſtitatem ſed caſtitas etiam loci abolet infamiam ibidem.

**Infidelitas.** ¶ infidelitas eſt credere ſecum multitudinem mulierum per multa terrarum ſpacia noctis tempore ſuper quaſdā beſtias equitare cum huiuſmodi fantaſmata a malignis ſpiritibus mentibus ⁊ non corporibus irrogentur. xxvi. q. v. epiſcopi

¶ ſacerdotes populum ab hāc infidelitate remouere debent: q: non talia patitur corpus ſed infidelis animus. xxvi. q. v. epiſcopi.

De infidelitate habes vbi agitur de fide ⁊ fidelitate.

**Infirmitas.** ¶ infirmitas duplex eſt videlicet corporis ⁊ anime. xv. q. i. §. i. ⁊. c. illud. §. itaqꝫ. xlviii. diſ. hinc etenim per totum capitulum.

¶ mētis ſiue anime ifirmitas duplicat᷑: vna eſt que vicium appellatur qua infirmitate anima adeo ſeparatur; vt eſt ira ⁊ odium ⁊ huiuſmodi.

Alia autem infirmitas anime non eſt peccatum ſed pena peccati vt obliuio ⁊ ignorantia. xv. q. i. illud §. itaque.

¶ infirmitas corporis duplicatur: eſt enim vna lãgor nature que carnis concupiſcentia ſiue fomes dicitur.

Alia eſt que proprie corporis infirmitas appellatur q̃ elementorum ſeu humorum concordia turbata caro ipſa afficitur ⁊ tandem diſſoluitur. xv. q. i. illud. §. itaque.

¶ infirmitas ſine cauſa a deo non imittitur licet ab homine ea ignoretur. vii. q. i. cum percuſſio xv. q. i. illud. §. itaq̃.

¶ infirmitas corporalis excuſat a pena iudicis. xviii. di. placuit. vt quotienſcunq̃.

¶ nõ poſſe cõparere reputat: qui infirmitate detinentur. v. q. iij. ſi egrotans. xviij. diſ. ſi ep̃s.

¶ infirmitas mentis que eſt dementia excuſat culpa in ipſa perpetrata: ⁊ a pena. xv. q. i. illud. §. itaq̃ in fi. iij. q. ix. indicas.

¶ ep̃s pp̃ter iſirmitatem corporalem nõ priuatur ep̃atu: ſ; dat ei adiutor. vij. q. i. fere per totum.

¶ pp̃ter infirmitatem mentis ſeu dementia põt aliter ei ſubſtitui. vii. q. i. quamuis.

¶ ep̃us vel p̃ſbyter laborãs morbo caduco ſuſpenditur a ſacrificio miſſe. vii. q. ii. in litteris.

¶ ceſſante infirmitate debet reſtitui qui propter infirmitatem eſt deſtitutus vel ſuſpenſus. vii. q. ij. in litteris.

¶ vrgẽte iſirmitate reſignãs beneficium ⁊ vouens intrare monaſteriũ: ⁊ vltra nõ pceſſit ſi nõ itrat reſtituit ad beneficium. xvii. q. ii. c. i.

¶ pp̃riũ debet eſſe prelatoꝝ: cõpati iſirmitatibus ſubditoꝝ. xxiiii. q. i. que dignior in fi.

¶ infirmis nõ eſt penitentia iniungenda ſed inoteſcenda ⁊ amicorum orationibꝰ ⁊ elemoſinis ſubleuãda. xxvi. q. vii. ab iſirmis.

## Ingratitudo.

¶ ingratitudo ẽ reddere malũ pro bonis xxiii. q. iii. ſer.

¶ hoc vitium incurrunt qui pleni virtutibꝰ i peccatum cadentes deo recedunt. de pe. diſ. v. c. cõſideret. §. dolendum.

¶ ingratitudo auctoritate canonum ⁊ legum culpatur. xii. q. ii. octaua.

¶ igratitudo retrudit manumiſſum in ſeruitutem xii. q. ii. ep̃s. q̇ mãcipiũ. ⁊ c. liberi eccl̃ie. ⁊ c. ſe.

¶ pro igratitudine poteſt quis a ſuo domino priuari beneficio. xxii. q. v. de forma. circa fi.

## Iniuria.

¶ iniuria pẽſãda ẽ ñ ex ope ſ; ex volũtate. xv. q. iii. q̇s ñ iratus.

¶ bonis diſpenſatione diuina infertur iniuria vt purgentur. vi. q. i. ſunt

¶ iniuria pp̃ria patiẽter ẽ ſuſtinẽda ſed de vlciſcenda. xxiii. q. iiii. iter querelas. ⁊ §. ſe.

¶ tempore Helye ignis nõ fuit iniuria prophete ſed domini cuius cultus ſpernebatur. xxiii. q. iiii. ſi illic. §. ſcdo dicitur ⁊. c. ſe. guiſilarius.

¶ noſtras ⁊ noſtroꝝ patienter exemplo ſanctorũ debemus tollerare iniurias. xxiii. q. i. §. i. p totũ ⁊. q. iiii: qui ſecũdũ. ⁊. q. v. nõ eſt noſtrum.

¶ iuſtus patiẽter tolerãs iniuriam celeſtem mereretur coronam. xi. q. iii. ⁊. c. ſi. ⁊. c. qui iuſtus.

¶ a pfectis licite nõ verberibꝰ ſ; verbis moderatis iniuria propulſatur. xxiii. q. i. paratus.

¶ prelatorum iniurie degradatione puniuntur. xi. q. i. ſi quis. ſacerdotum.

¶ iniurie epiſcopoꝝ ẽ iniuria xp̃i cuius legatione funguntur. ij. q. vij. accuſatio quoque in fine.

¶ ſpecies elemoſine eſt iniuriam dimittere. xlv. di ⁊ qui ⁊. ij. c. ſequenti.

¶ iniuria ſemel dimiſſa non debet amplius ad animum reuocari. xxiij. q. iiij. ſi illic.

¶ iniuriãs ſatiſfacere tenet leſo nec cogit q̇s ſupbo idulgere priuſq̃ humilietur. xxiii. q. iiij. ſi illic

¶ nolens pro iniuria ſatiſfacionem accipere ⁊ punitur. xc. di. ſi quis contriſtatus.

¶ ſ; varietatẽ iniuriaꝝ debet eſſe reſpectꝰ penarum. de pe. di. i. vulgaris. §. pene. l. di. quia.

¶ qui aufert ſua ab inuito: non iniuriam infert. xiiij. q. v. non ſane.

¶ cum alterius iniuria nulli eſt ſubueniendum. xiiij. q. v forte ⁊. c. denique.

¶ nec deo gratum eſt obſequium: cum iniuria aliorum. xiiij. q. v. c. i. ⁊ ſecundo.

## Iniuſticia.

¶ iniuſtitia iniq̃tate culpat cõmiſſa in rebꝰ primoꝝ xiiij. q. v. immolans ⁊ tribus. c. ſequentibus.

¶ culpatur iniuſtitia prelatoꝝ commiſſa reſpectu ſubditorum. xciij. di. ſunt quos. poſt medium.

¶ inculpatur iniuſticia diuitum commiſſa reſpectu pauperum. xlij. di. ſi quis. ante finem.

De iniuſtitia habes vbi agitur de iuſtitia.

## Innocentia.

¶ quẽ inocentia adiuuat dignũ ẽ vt alia caſtigatio nõ affligat. ij. q. iiij. mẽnã. iij. q. ix. dignuz.

¶ innocẽs de omnibus bene iudicat: qui fidẽ in omnibus eſſe arbitratur. xxij. q. iiij. innocens.

¶ ad officium innocentis pertinet non ſolũ malum non inferre: ſed etiam mala cohibere. xxiij. q. v. non eſt innocentie.

¶ qui nõ ex odio: ſed amore corripit delinquẽtem nõ ſolũ caſtiſſime innocẽtie ſed diligentiſſime ſeueritatis impleuit officiũ. xxiij. q. iiij. ita plane.

¶ an innocentes debent preferri in prelaturis lapſis penitentibus. ⁊ ij. di. nos conſuetudinem. xvi. q. i. legi. circa principium.

¶ videt q̃ exẽplo petri lapſus penitens inocentibꝰ in prelaturis debet pferri: quia talis ſubditis nouit compati. l. di. conſiderandum ⁊. c. fidelior.

## Inobedientia

¶ iobediẽtia ẽ peccatũ ariolandi ⁊ ſcelus idolatrie nolle acquieſcere. lxxxi. di. ſi q̇ ſunt xxxij. di. preter hoc. §. porro.

¶ qui precepto pape non obedit peccatum idolatrie incurrit. lxxxi. diſ. ſi qui ſunt.

¶ omnes clerici qui non ſunt ſub obedientia epiſcopi ſunt acephali.xciii.diſ.nulla ꝛ.c.ſe.

¶ vbi duo ſuperiores mandāt oppoſita inferiori ñ eſt obediendū.xi.q.iii.qui.reſiſtit ꝛ.c.ſe.

¶ iobedientes paternis iuſſionib⁹ ſeniorib⁹ debent corrigi vindictis.xxiii.q.iii.iuſtum eſt.

¶ inobedientia punit̄ p excomunicationē.xviii.diſ.decernimus.xxxiiii.diſ.quorundā in fine.xi.q.iii.ſi autem ꝛ.iii.c.ſe.

Item punitur per depoſitionē vel degradationem xi.q.i.ſiquis ſacerdotum.q.iij.abſit.xxxiiij.di.quorundam in fine.

Item punitur per corporalem afflictionem.xi.q.i.ſiquis ſacerdotum.vij.q.i.deniq̄.

¶ propheta ad ſciſmaticos miſſus ꝓpter inobedientiam a leone occidit̄.vij.q.j.denique.

**Impotentia.** ¶ ipotentia coeūdi ſi poſt carnalē copulā ſupuenerit: ñ ſoluit matrimoniū.ſi āte venit liberū facit alterū matrimonio alij copulari.xxvij.q.ij qđ aūt.§.ecce.ipoſſibilitas.xxxiij.q.j.qđ autē.

¶ propter impotentiam copula coniugali ſeparatus libere poteſt ad ordines promoueri.xxvij.q.ij.qđ autem.§.i.

¶ naturalis ſiue perpetua impotentia ſoluit matrimonium accidentalis vero que fit per maleficiū ſi ceſſauerit ſolutum reſtituit.xxxiij.q.i.qđ autem in fine.ꝛ.ij.c.ſe.

¶ impotēs coram iudice apparere non cogitur qui infirmitate detinet̄.v.q.iij.ſi egrotans.

**Impunitas.** ¶ ipunitas culpe viā facit alijs d̄liquēdi.xxxv q.ix.loci ꝛ.q.vij.q̄ pp.xciij.di.puenit ad.

De hac materia habes vbi agitur de correctione ꝛ de pena.

**Inquiſitio.** ¶ inquiſitio facienda ē de cōditione clericoꝝ prius q̄ cōfirmet̄.xlvij.di.de petro.xxiij.diſ.illud.

Itē faciēda ē de iſamijs ſubditoꝝ anteq̄ credant̄.ij.q.j.deus om nipotens.xxx.q.vi.nullū.

Itē faciēda ē de culpa puniēdoꝝ priuſq̄ puniantur xxviij.di.iiij.ſunt.lxxxvj.di.ſiqd ꝛ.c.tanta.

Item facienda eſt inquiſitio tam ſuper ſtatu clerici q̄ populi ab ep̄o bis in anno concilio celebrando xviij.di.quoniam.

¶ ep̄us in ſynodis ſub iuramento debet pericula inquirere animarum ꝛ inquirenda committere.xxxv.q.vi.epiſcopus.

¶ epiſcopi viſitando parrochias plus debent inquirere de lucro animarū q̄ de lucro temporalium rerum.x.q.iij.cauendum eſt.

¶ inquiſitio ad veritatē facti non poteſt peruenire: niſi diligenter circunſtantie inquirant̄.xxiij.q.vii.occidit.

¶ iudicantē oportet cuncta rimari: ꝛ ordinē rerū plena īquiſitione diſcutere.xxx.q.vi.c.vi.

¶ confeſſor debet eſſe ſapiēs ꝛ diligens inq̄ſitor d̄ loco tempore ꝛ de alijs circūſtantijs peccatorum de pe.diſ.vj.§.i.poſt medium.

¶ veritas diligētius inquiſita magis ſplendeſcit in lucem.xxxv.q.ix.c.graue.

¶ iudici magis neceſſaria eſt lenis inquiſitio: q̄ atrox punitio.xxiij.q.v.c.i.in fine.

**Inſania.** ¶ inſania continue laborans ſi qđ cōmiſerit nō imputat̄.xv.q.i.ſiquis inſaniens ꝛ.c.illud.§.itaq̄.in fine.

¶ ſicut iſani mente non res: ſed fantaſtica rerum vident: ſic mens auari ſemper aurum ꝛ ſimilia videt.xlvij.diſ.ſicut.

¶ q̄ infirmitate vel feruore paſſionis impreſſus ſi quid uouerit vel promiſerit niſi ratum poſtea habeat non tenebit.xvij.q.ij.gonſaldus.

¶ ſacerdos tempore inſanie occidens hominē licz quantū ad culpā innocens ſit ab execucione tamē officij abſtinebit.xv.q.i.ſiquis non iratus.

¶ ad ſacros ordines nō ꝓmouet̄ qui aliquādo inſaniuit.ſed ꝓmot⁹ poſt inſaniā ſanatus celebrabit xv.q.i.ſiquis nō in fine.ꝛ.xxxiij.di.maritum.

¶ epiſcop⁹ inſanus renunciare non poteſt: niſi habeat lucida interualla.vij.q.i.quāuis.

De hac materia habes vbi agitur de dementia.

**Inſpiratio.** ¶ iſpiratio ſpirit⁹ ſācti ſoluit a lege ſtatutū.xix.q.ij.

¶ vbi ſpiritus ſpirat etiam prelato ſuo contradicēte ad meliorē vitā pōt quis trāſire.xix.q.ij.due.

¶ ſancti patres ea que videntur vt eprehenſibilia inſpiratione diuina fecerunt.xxii.i.q.v.ſi non licet per totum.

¶ dominus per occultā inſpirationem reuocat a malo.xxiii.q.vj.qđ errauerat.

¶ iſpiratiōe diuina caſtitas habet̄.xxviij.di.his

¶ preſens eccleſia inſpiratione diuina inſtituitur viii.diſ.qui contempta.

¶ qui poſt inſpirationem diuinā ꝛ reuelationē in quo errauerat perſeuerat obſtinatus eſt.viij.di.conſuetudo.xxj.diſ.nunc.

¶ in vltimo fine penitentibus de conſecutione eterne felicitatis ſecuritatem dare non poſſumus. de pe.di.vij.circa prin.

**Sedes.** ¶ ſedes apoſtolica eſt prima auctoritate ⁊ dignitate: licet anthiocenā ſit prior tempore.xxi.diſt.nec autem.xxiiij.q.ix.rogamus.i.q.iij.nemo.⁊.c.ſeq.

¶ ipſa eſt maior in iudicijs auctoritate.ix.q.iij.pater.⁊.c.ipſi ſunt.

¶ conſtitutōnes huius ſedes ab omnibus ſunt ſeruande.xi.di.conſequens.

¶ nulli permittitur d̄ eius iudicare.xvij.q.iiij.nemini.xxi.di.nunc autem.

¶ xpianus peccatum infidelitatis incurrit qui ſedi apoſtolice obedire contēnit.lxxxi.di.ſiqui.in fi.xciij.di.qui cathedram.

¶ in dubijs ⁊ arduis ad ſedem apoſtolicam eſt recurrendum.xvij.diſtinctione.nec licuit.⁊ duobus c.ſeq.xvi.q.i.frater.poſt medium.xxiiij.q.i.rogamus.

¶ in libris ⁊ opuſculis quicquid approbauit ſedes apoſtolica eſt tenendum.xix.di.ſi romanorum.vſq ad.c.ita.

¶ ſine auctorītate ſedis ipſius generale non celebratꝰ concilium.xvij.di.per totum.

¶ imediate ſedi apoſtolice ſubiecti: maxime qui ꝓpiqui ſunt: ānuo ſe debent preſentare.xciij.di.iuxta.⁊.§.precedenti.

¶ ſine ſedis huiuſmodi iudicio epiſcopi non poſſunt condēnari.iij.q.vi.accuſatus.⁊.c.ſequen.ix.q.iij.antiquis.

¶ male dānati per ipſam reſtituuntur.ix.q.iij.fuit ⁊.c.fratres.

¶ ſine ſedis apoſtolice auctoritate nullus epiſcopꝰ ſedem ſuam audet mutare.vij.queſtione.i.mutationes.

De hac materia habes vbi agitur de eccleſia romana ⁊ de papa: ⁊ de apoſtolica ſede.

Item hec ſunt que reſeruantur eccleſie romane ⁊ apoſtolice ſedi: iudicium epiſcoporū.iij.q.vi.dudum.

Item reſtitutio depoſitorum.ij.q.vi.ideo hinc.

Item congregatio conſiliorum.iij.q.vi.dudum.

Item reſtitutio clericorum.i.queſtione.vij.conuenientibus.

Item exemptio epiſcoporum.xvi.q.i.frater.xviij.q.ij.luminoſo

Item queſtio fidei.xxiiij.q.i.quotiens.

Item abrenunciatio epiſcopatus.vi.q.iij.deniqꝫ.

Item mutatio epiſcoporum.vi.q.i.mutationes.

Item epiſcopatuum diuiſio ⁊ vnio.xvi.q.i.⁊ temporis.

Item palij datio.c.di.quoniam.

Item abſolutio excōmunicationis facte ex ſe.xxi.diſtinc.inferior.xvi.q.i.frater.

Item antiquorum cānonum ⁊ ſcripturarum interpretatio.xvij.di.nec licuit.

Item fame reſtitutio.ij.q.iij.paulum.§.hinc autē colligitur.

Item cū ſimoniacis diſpenſatio.ij.q.iij.paulum.

Itē maiorū ⁊ difficilium queſtionū diſcuſſio.xvij.di.multis.

De hac materia habes vbi agitur de eccleſia ⁊ de papa ⁊ de diſpenſa.

¶ ſedes quattuor patriarchaliū eccleſiarum ſunt iſte conſtantinopolitana.alexandrina.anthiocena.⁊ hyeroſolimitana.xxij.di.renouantes.

¶ conſtantinopolitana ſedes licet vltima fuerit tēpore: tamē ꝓpter dignitatem trāſlati imperij et ſtatuto conſilij poſt romanā ſedē primū obtinet locū.xxij.di.ſacroſancta.§.hac.⁊.c.ſequenti.⁊.§.diffinimus.

¶ alexandrina ſedes quam beatus marcus euāgeliſta ad honorem ſancti petri inſtituit: olim poſt romanā prior fuit: ⁊ poſt illam ſecunda fuit anthiocena in qua reſederat beatus petrus anteqꝫ romā veniſſet.xxij.di.ſacroſancta.

¶ ſedes epiſcopales non in villis vel caſtellis: ſed in maioribus locis debent conſtitui.lxxx.diſt.per totum.

¶ beatus petrus apoſtolus vbi pagani habeſit archiflāmines: fecit inſtitui archiepiſcopos.lxxx.diſtinc.in illis.

¶ ſedes epiſcoporū non longo interuallo debent diſtare vt ad conſecrationem archiepiſcopi citius poſſint venire.lxxx.di.nō debere.§.ſedes.⁊.c.ſe.

¶ vbi non fuit ſedes epiſcopalis de nouo non debet inſtitui: niſi fidelium excreuerit multitudo.xvi.q.i.precipimus.⁊.c.felix.

Item niſi gens noua ad fidem conuertatur.xcix.di.nulli.

¶ epiſcopales ſedes ex cauſa auctoritate apoſtolica mutatur de loco ad locū: videlicꝫ propter barbaricam incurſionem.vij.q.i.temporis.

Item ex cauſa vniuntur: videlicꝫ propter alterius loci deſolationem.xvi.queſtione prima.⁊ temporis.⁊ capitulo ſequenti.

Item ex culpa auferuntur: videlicet propter epiſcopi occiſionem.xxv.queſtione.ij.capitulo vltimo.

**Senes.** ¶ ſenes in ſcriptura ſacra dicūtur ſapientes.lxxxiiij.diſt.porro.

¶ primitus abraam dictus eſt preſbyter.ideſt ſenior.ibidem.

¶ non propter ſenectutem vel decrepitā etatē ſed ꝓp ſapientiam preſbyteri dicūtur ſenes.ibidem.

¶ gloria ſenum eſt canicies: ⁊ canicies ſapientiam deſignat.ibidem.

¶ quadruplex eſt ſeniū: v ideſt natura.⁊ hoc tēdit ad defectum.lxxxvi.diſt.tanta.xiij.q.ij.illud.

Item ſenium gratie.lxxxviij.diſt.porro.vbi dicitur qꝫ canicies ſeniū prudētia eſt.⁊ hoc ſeniū ad perfectum ducit.xx.diſt.de quibus.xxxij.q.ij.ancillā

Item eſt ſenium culpe, ⁊ hoc ducit ad interitum, ii.
q. vii. paulus dicit.
Item eſt ſenium eterne glorie. ⁊ hoc ducit ad eternū
premium. De quo dicitur. Cogitaui dies anti-
quos. ⁊ annos eternos in mente habui.
¶ ſenes quanti morti viciniores tanto debent eē
puriores. lxxxvi. diſ. tanta nequitia.
¶ mali ſenes a prelatis ſuis ſunt durius arguendi
lxxxvj. diſtinctione tanta.
¶ preſumendum eſt de ſene bono bonum. xviij. q.
ſecunda diffinimus.
¶ ſenectus aufert incontinue ſuſpitionem. xxxiiij.
diſtinctione fraternitatis.
¶ ſenectus decrepita reddit ad epatū ībabilē. lxx-
xv. diſ. archidiaconum florentinum.
De ſenio ⁊ ſenectute hēs vbi agitur de ātiquitate.

# Sententia.

¶ ſententiā papa cū magna deliberatione oportet
ferre. xxx. q. ix. apoſtolice.
¶ ſentētia aut pro cōſideratione tempoꝝ vel etiam
propter ſurreptionem vel grauem neceſſitatem
poteſt in melius commutari. xxxv. queſtione ix.
ſententiam ⁊ capitulo veniam.
Item papa ſententiam ſuorum predeceſſorum poteſt
in melius commutare. xxxv. q. ix. loci. §. huius ita-
que in fine.
¶ ſententia que in ſe non valet: confirmata per ſu-
periorem valet. xvi. q. vj. ſi epiſcopum.
¶ ſententia debet dari in ſcriptis. ij. q. i. in primis
in fine. ⁊ capitulo legum.
¶ ad ſententiam dādā pro modicis cauſis nō req̄-
ritur ſcriptura. xi. queſtione. i. ſiquis cum.
¶ nō ſecūdū volūtatem: ſed ſecūdum leges ē profe-
renda xi. queſtione. iij. ſummopere.
¶ etiam preſentibus partibus ante plenam nego-
cij diſceſſionem non eſt ſentētia ferēda. xxx. que-
ſtione vltima iudicantem.
¶ in re dubia non debet dari certa ſentētia. vnde-
cima. queſtiōe. iii. graue.
¶ nō eſt dāda ſentētia niſi poſt plenam inueſtiga-
tionem veritatis. xi. q. iij. ſummopere. ⁊. c. graue
⁊ quatuor capitulis ſequētibus.
¶ ſentētia rite prolata ab oibus ē tenēda. vj. q. iiij
ſi metropolitanus. §. h ⁊. c. ſiquis eps. xxxv. q. ix.
c. i. xi. q. iij. nemo contemnat.
¶ iudex dȝ eā facere cū mētis trāq̄litate; nō in fu-
rore. xj. q. iii. illa. ⁊. tribus. c. ſe.
¶ ſententia ſub conditione nō eſt proferenda. ij. q.
ſexta biduum.
¶ ſentētia diffinitiua obtinet auctoritatem rei iu-
dicate. ij. q. vj. biduum ante fi.
¶ ſententia plurium debet preualere. lxxix. diſtin-
ctiōe ſi tranſitus.
¶ ſentētia quādoque eſt iniuſta ex animo profe-
rētis: ſed iuſta eſt ordine ⁊ cauſa. ⁊ aliquādo iu-
ſta eſt animo: ſed nō ordine vel cauſa. ⁊ aliquādo
eſt iuſta ex animo ⁊ ordine: ſed nō ex cauſa. x. q.
ii. epiſcopus. preſbyter. §. ſequēti.

¶ ſententia lata quādoqȝ nō tenet. videlicet quādo
per appellationem īfra certum tempus nō releua-
tur. xxxv. q. ix. loci. §. ſequēti.
Item quando in arduis cauſis in ſcriptis non dat
ij. queſtiōe. i. ī primis. ī fine.
Item quando a nō ſuo iudice fertur. iij. q. viij. accu-
ſatores. ix. q. ij. capitulo primo ⁊. capitulo epiſco-
pum. xj. q. i. in clericorum.
Item quādo ab vno ſolo iudicum: cum duo fuerint
delegati fertur. ij. q. vj. ſi quādo. §. diffinitiua.
Item ſi cōtra ius ſcriptum fertur. ibidem.
Itē ſi iudices fines ſtatuti vl' mādati excedūt ibidē
Item ſi cōtra prius iudicata lata fuerit. ibidem.
Item ſi iudex p̄cio corruptus: eam tulerit. ibidem.
Item ſi parte nō contumaciter abſente lata fuerit.
tertia queſtiōe nona. per totum.
¶ nō debet ſuſtinere penā canonicam: ī quem nō
eſt prolata canonica ſentētia. xi. q. iii. nō debet.
¶ iniqua ſentētia eſt reuocāda. vigeſimaquarta;
queſtione ſecunda ſane profertur.
Item ſi per falſas probatiōes ⁊ per ſubreptionem
lata eſt retrahēda. treceſimaquinta queſtione no-
na veniam ⁊ tribus. capitulis ſequētibus.
¶ ſnā excōicatiōis ſiue iuſta ſiue iniuſta timēda ē. xi
q. iij. quibus. ⁊. c. epiſcopus ⁊. §. ſi ergo.
¶ iniuſta nocet potius ferēti q̄ patiēti. xi. q. iii.
illō. xxiiii. q. vlt. ſi qs nō ⁊ q̄tuor cap is ſe.
Item iniuſta ſentētia nec apud deum: nec apud ec-
cleſiam ligat. xi. q. iij. ſi quis prohibet.
¶ cum ſubditi per ſuperiores ad malum euidēter
coguntur ſentētie illorum non eſt obediendum.
ibidem. §. cum ergo.
¶ nō ē ferēda ſentētia: quādo multitudo eſt ī cauſa
vigeſimatertia queſtiōe quarta. cap. ſiquis pote-
ſtatem. §. ſi mulier.
¶ ē ſententia ſuſpēſionis quātū ad officiū ⁊ bene-
ficiū. vii. q. i. ſiquis in fine.
De qua materia habes vbi agitur de ſuſpēſione.
¶ differtur ſentētia ⁊ executio p. xxx. dies cū prin-
ceps; vel aliquis alter aliquē ad mortem cōdem-
nat. xi. queſtione tertia cum apud.
Item differtur per decem dies: quotiēs appellatio
admittitur. ii. queſtione ſexta anteriorum.
Item quouſqȝ grauida ad mortem cōdēnata pariat
quia aliter cōmitteretur homicidium. ii. q. v. cō-
ſuluiſti in fine. xxxii. q. ii. q̄ non formatum.
Item quouſque princeps aſſignauerit inſulam illi q̄
in exilium debet relegari ſecunda queſtione ſexta
biduum poſt medium.
Item quouſque condēnatus ſeruus reddat domīo
ſuo de peculio rōnē. liiii. diſ. generalior.
¶ deus noluit mutare ſententiam. xxii. queſtione
quarta vnuſquiſque.
¶ deus non mutat ſententiam in homines: ſed
in opera. quia hominibus nō iraſcitur. ſed vitiis
de penitētiis diſtinctione prima. §. ſi aga mus.
De ſententia habes vbi agitur de excommunica-
tione ⁊ de iuditio.

**Separatio.** Q; heretici ⁊ ſciſmatici ab eccl'ia ſunt ſepari. ⁊ ideo nõ habẽt ſpiritũ ſanctũ. xxiiii. q. iii. ꝺ illis.

Q; mali chriſtiani corporaliter ſunt i eccleſia. ſed ꝑ peſſimam vitam ſeparantur. ibidem.

Q; tũc peccatores chriſti corpore ſeparantur cum ꝑ excomunicationem tradũtur ſathane in interitu carnis vt ſpũs ſaluus fiat. xi. q. iii. audi.

Item aliqui ſeparantur ab eccleſia per ſentẽtiam q̃ ſunt extra. xxiiii. q. vlti. cum aliquis.

Q; nil ſic debẽt formidare xp̃iani ꝙ ſeparari a corpore chriſti; quia hoc nõ eſt eius. xi. q. iii. nihil.

Q; ſeparati a corpore chriſti ſicut mẽbrum preciſuz virtutem ſpũalem non habẽt. i. q. i. corpalia.

Notent hoc obſtinati in malitia.

Q; nos debemus ſeparari a malis precepto domini qui dicit. ſit tibi ſicut ethnicus ⁊ publicanus ii. q. i. ſi peccauerit.

Itẽ mãdato apoſtoli; qui dixit hereticum poſt primã ⁊ ſecũdã correctionẽ ꝺ vita. xxiiii. q. iii. dixit

Itẽ cõcilio moyſi q̃ dixit. ſepami a tabernis impiorum ne pereatis. i. q. i. ſiqs iquit ante finẽ.

Item ſtatuto concilii qd ſeparat iudeos a chriſtianis xxviii. q. i. iudei.

Item exemplo cypriani qui ſeparatus fuit a lucifero heretico. xxiiii. q. i. aduocauit.

Item exẽplo Policarpi martiris. q̃ a cherintho ⁊ marchione ſepatus fuit. xxiiii. q. i. omnis qui.

De hac materia habes vbi agitur de excõicatione.

**Sepultura.** Q; nomine ſepulture aliquãdo ſignificat̃ terra ꝑ ampliatiõe cimiterii. ⁊ ſepulture. ⁊ licet pro ea accipere. xii. q. ii. aurum. xxiii. q. viii. ſecundum

Item nomine ſepulture quandoqꝫ ſignificatur officium ſepeliendi. ⁊ non licet aliquid accipere. xiii q. ii. precipiendum.

Itẽ noie ſepulture qñqꝫ ſignificat̃ terra cimiterii. ⁊ pro illa non licet aliquid accipere. xiii. q. ii. queſta. ⁊. iii. c. ſe. i. q. i. dictũ ẽ ſolere i quibuſdam.

Q; ius ſepulture eſt ius competens eccleſie ad ſepeliendũ in cimiterio ſuo. ⁊ prouenit ex epiſcopi aſſignatione. xiii. q. i. eccleſias

Item hoc ſpectat parochialibus eccleſiis; vel q̃bus iure vel ꝓuilegio ẽ cõceſſuz. xiii. q. i. eccl'ſias.

Q; vbicunqꝫ ſepeliatur; domini eſt terra ⁊ plenitudo eius. xiii. q. vlti. vbicunqꝫ.

Q; officium deuote ſepulture; bone fidei eſt teſtimonium. xiii. q. ii. non extimemus ante fi.

Q; in ſepulturis chriſtianoꝝ requies eſt defũctoruz xiii. q. ii. aurum ante finem.

Q; prodeſt mortuis habere ſigna ſepulture ſue; que inſpicientes amici pro eis preces effundunt domino. xiii. q. ii. cum grauis.

Q; intra eccleſiam; ⁊ maxime iuxta altare; vbi corpus chriſti conficitur. nullus eſt ſepeliendus. xiii. q. ii. precipiendum.

Q; pñt i eccleſia ep̃i ſepeliri. vel abbates; vel eminẽtis vite pſbiteri vel laici. xiii. q. i. nullus.

Q; prodeſt homini inter bonos ⁊ iuſtos defunctos ſepeliri. xiii. q. ii. cum grauis. ⁊. c. anime. ⁊. c. nõ extimemus in fine.

Q; peccatoribus plus obeſt ſepeliri in ſacris locis ꝙ ꝓdeſt. xiii. q. ii. q̃bus ⁊. c. cum gratia.

Q; quocunqꝫ modo ſeipſos occidentes; non ſolum carent eccleſiaſtica ſepultura; ſed etiam nec i pſalmis. nec in aliis debet eis aliqua ſolemnitas exhiberi. xiii. q. ii. placuit.

Item ſimiliter debet pro illis fieri; qui ſine penitentia pro ſuis ſceleribus occiduntur. ibidem.

Item vſurarius excommunicatus etiam minori excommunicatione ſi abſolutionem viuens non petiuit. xxiiii. q. ii. ſane.

Item predones manifeſti; etiam ſi penitentes moriantur. ſi habent vnde ſatiſfacere poſſunt nec ipſi nec heredes ſatiſfacere pro ipſis volunt. xxiiii. q. ii. ſane.

Q; quilibet in peccato mortali moriens in cimiterio nõ eſt ſepeliendus. xiii. q. ii. quibus.

Q; in patibulo mortuis ſi penituerit non eſt neganda ſepultura. xiii. q. vlti. c. vltimo.

Q; ſepultura põt eligi. xii. q. ii. bone.

Q; ad eligẽdã ſepulturã locus debet iducere ſolennior. ſicut eſt epiſcopatus; vel religioſoꝝ monaſteriũ. xiii. q. ii. vbicũqꝫ tempoꝝ.

Q; ep̃s etiã i minori ⁊ minus religioſa eccleſia põt eligere ſepulturam. xii. q. ii. bone.

Q; nullus debet ſepulturam parentum ſuperbia; vel odio deſerere. xiii. q. ii. placuit.

Q; filii emancipati a patribus libere eligunt ſepulturam. xiii. q. ii. ſoror. §. contra.

Q; an eccleſia in qua parentes ſepulti ſunt poſſent vendicare corpora filiorum. xiii. q. ii. ebron ⁊ capitulo ſequenti.

Q; coniugati vt videt̃ i vno ſepulchro debent ſepeliri. xiii. q. ii. ca. i. §. nunc. ⁊. c. ebron.

Q; vxor mortua ſi non elegerit ſepulturam cum marito debet ſepeliri. xiii. q. ii. c. i. §. nunc aũt querit̃ ⁊. c. ebron. ⁊. c. vnaquecꝫ.

Q; mulier ſi plures viros habuit. ⁊ ſepulturam nõ elegerit; videtur ꝙ cũ vltimo viro debeat ſepeliri xiii. q. ii. c. vnaquecꝫ.

Q; extraneus q̃libet vbi elegerit; ibi ſepelietur. xiii q. ii. vbicũqꝫ. §. quia.

Q; extraneus ſi non elegit in epiſcopatu vel parochia ſepelietur. xiii. q. ii. vbicunqꝫ.

Q; indigena ſi eligit locum magis religioſum; ibi ſepelietur. xiii. q. ii. illud. §. q̃a ⁊. c. vbicũqꝫ.

Item ſi eligit minus religioſum quia videtur hoc facere ex odio vel ſuperbia. non habebit. xiii. q. ſecunda, placuit.

Q; indigena ſi de corpore non diſpoſuit ſepelietur cum propinquis. vel vbi decimas ꝑſoluebat xiii. q. ii. ebron. ⁊. c. vbicunqꝫ.

Q; violans ſepulturam infamis efficitur ſexta. queſtione. prima infames.

Q; qui ſepelit corpus alienum non ſolum, ſepulturam

ſed omnia que conſequenter habuit tenetur reſti tuere ij. q. ij. omnes.
¶ eccleſia parochialis vbi ſacramenta participa/ uit de mortuo alibi ſepulto debet ius ſuum habe re ideſt canonicam portiõem tredecima. queſtio ij c. i. eccleſias per totum.
¶ canonica portio danda eſt ſecundum conſuetu/ dinem terraꝝ vt vitetur ſcandalũ. ar. xij. diſ. illa lxxvi. diſt. vitam.

**Sequeſtratio.** ¶ lite pendente fructus ſequeſtrant. ij. q. vj. quotiens poſt. xj. q. i. quia reos.
¶ ſequeſtrantur res: cũ appellatur ab executione ſecũda. q. vj. quotiens poſt.
Item cuȝ aduerſarius fructus dilapidat. iij. queſtio ne. ij. qui ea.
Item legitime appellanti. ij. q. vj. biduum.
Item de adulterio accuſanti. iiij. q. iiij. aliquãdo.

**Seruitus.** ¶ duplex eſt ſeruitus. vi/ delicet corporalis ⁊ ſpiritua lis. xij. q. ij. cum redemptor.
¶ ſeruitus inducta eſt ex iure gentium ibidem ⁊. i. diſtinctione ius gentium.
Item iure diuino trigeſimaquinta di. ſexto.
Itẽ iure conſtitutionis. vij. diſ. §. i. vbi de ſeruo em/ pto agitur. de quo ſtatutum fuit ꝙ ſex annis ſer uire debuit: ⁊ in ſeptimo anno libere exire.
Item iure canonico eſt approbata. xvij. queſtione quarta id conſtituimus.
¶ ante diluuium inconcuſſa fuit libertas: nec ob/ ſequia ſeruitutis a maioribus exigebantur. xx/ xv. diſ. ſexto. poſt medium.
¶ ſi ſeruitus nõ eſſet ebrietas non fuiſſet ibidem.
¶ clericus epiſcopo ſuo inſidias vel iniurias inſe/ rens in ſeruitutem perpetuam curie eſt tradẽdus. xi. q. i. ſtatuimus. iij. q. iiij. clericus.
¶ cõcubina dyaconi vel ſacerdotis a principe in ſeruitutẽ eſt redigenda. xxxij. diſ. eos. qui.
¶ meritorium eſt libertatem dare ſeruis. xij. q. ij. cum redemptor.
¶ ſerui eccleſie angariis ſecularium iudicũ moleſta/ ri non debent. xij. q. ij. eccleſiarum.
¶ eccleſie ſerui etiã bene meriti ſine cõpenſatione non debẽt dari libertati xii. queſtione. ii. ſi quos ⁊. c. epiſcopus. qui.
¶ ſerui miniſtris eiuſdem eccleſie gratis poſſunt dari. xii. q. ii. eccleſias.
¶ libertati dati ſi non fuerint grati in ſeruitutem redigantur. xij. q. ij. epiſcopus qui.
¶ frequẽter fugitiui poſſunt vẽdi. xij. q. ii. fugitiui
¶ ſi ſeruus promouetur ſciente domino: ⁊ contra dicente remanebit in ordine promptus: ſed epiſ/ copus vel qui cum preſentauit duplum reſtituet. liiij. diſ. ſi ſeruus abſente.
Itẽ ſi preſens eſt dñs ⁊ cõſentit eo ipſo ſeruus liber efficitur. liiii. diſtinctione ſi ſeruus ſciente.
Item ſi dominus eſt abſens ſiue preſens. ⁊ ſcit ⁊ ta cet; videtur conſentire, ibidem.

¶ ſi dominus neſcit promotionem ſerui infra anũ poterit reclamare ⁊ reuocare. ibidem.
¶ ſeruus indebite promotus. ſi infra dyaconatum fuerit degradatus ad priſtinũ ſtatũ reducit. liiii. diſ. nullus ⁊. c. ſe. ⁊. c. ſiquis obligatus. ⁊. c. de re bus. §. ceterum.
¶ ſeruus monachus factus inſcio domino infra triennium nõ debet profiteri. Infra quod tem/ pus ſi nõ requiritur libere monachus remanebit liiii. diſ. ſi ſeruus ſciente.
De hac materia habes. vbi agitur de ordine ⁊ de clericis.
De ſeruitute habes vbi agitur de libertate: ⁊ de libe ris: ⁊ de manumiſſione.
¶ ſpiritualis ſeruitus peccati: relaxata eſt per in/ carnationem chriſti. xii. q. ii. cum redemptor.
¶ clericus qui altari ſeruit: de altari viuere de bet duodecima. q. i. clericus qui. ⁊. c. ſe.
¶ principes ⁊ prelati deo ſeruiunt: bene viuendo ⁊ fideliter ſubditos regendo, xxiii. queſtione. iiii. ſi eccleſia in fine.

**Seueritas** ¶ ſeueritas non aio ſer/ uiendi ẽ exercẽda: ſed aio medendi. lxxxvi. diſ. odio. ⁊. c. ſe.
¶ in delinquentes ſeueritas cum benignitate ẽ tẽ/ peranda. xlv. diſ. diſciplina. ⁊. c. ſunt. ⁊. c. xxiii. q. iiii. quid faciet. ⁊. c. quod chriſtus.
¶ ſicut contumacibus ſeueritas ẽ oſtendenda: ſic humilibus ⁊ penitentibus locus venie non debȝ denegari. v. q. v. quanto in fi.
¶ melius eſt cum ſeueritate diligere ꝙ cum leuita/ te decipere. v. queſtione. v. non omnis.
¶ prelatus officium ſeueritatis diligentiſſime im/ plet: qui non ex odio ſed ex dilectione ſubditũ corrigit. vigeſimatertia q. iiii. ita plane.
¶ ꝓpter multitudinẽ ⁊ plurima ſtragem detrahẽ dum eſt ſeueritati. l. di. vt conſtitueret. xxiii. q. iiii. cum quiſqȝ. ⁊. c. ipſa pietas ante finem.
¶ vbi ſciſma nõ timet nõ debet dormire ſeueritas diſcipline. xxiii. q. iiii. cũ quiſqȝ. ⁊. c. quidã. in fine.
¶ vbi fidei ſubuerſio ⁊ ruina fratrum timet nerui ſeueritatis non debent diſſolui. l. diſ. abſit.
¶ dignum ẽ vt ſeueritatẽ eccleſiaſtice diſcipline ſẽ tiat: qui ſanctorũ patrum inſtituta ſeruare contẽ nit. lv. diſ. nullus in fine.
¶ qui dei ⁊ ſanctoꝝ patrũ cõtẽnit mandata iuſtũ eſt vt ſenioribus corrigatur vindictis. vt ceteri ſu/ mant ſeueritatis ⁊ bonitatis exemplum. xxiii. q iiii. iuſtum.
¶ prelati quandoqȝ verẽtes peccãtium linguas ſe ueritatis in corrigendo efficiuntur immemores xlv. diſ. ſed illud.
¶ quãto maius ẽ peccatũ: tanto maiori ſeueritate ẽ corrigendum. i. q. iii. ex. multis circa medium.
De hac materia habes vbi agitur de auſteritate: ⁊ de correctione.

**Sigillum.** ¶ quilibet eccleſia cathedralis vel colegiata dȝ habere ſigil

lum ⁊ hoc dicitur ſigillum capituli. lxxiii. di. in nomine in fine. xix. q. quarta ſtatuimus.

**Signum.** ¶ per facta ⁊ verba notificatur alius diſpoſitio cordis. de pe. di. ii. §. querendum.

¶ quis ſint vera q̄dā: non tamen ſunt credenda iudici niſi certis ſignis demōſtrēt. xi. q. iii. q̄uis

¶ ſpāle ſignum filii dei fuit: q̄ ſpiritus ſanctus d̄ſcēdēs māſit ſuper eum. de pe. di. ii. §. querēdum.

¶ tunc ſignum eſt ſpiritum ſanctum ad tempus in ſanctos veniſſe cum ſigna miraculorum per ipſos facta patefacta ſunt ibidem.

¶ aliqui demones videntur ſigna facere: ⁊ nō ſūt xxvi. q. v. nec mirum circa medium.

De hac materia habes vbi agitur de demonibus.

**Silentium.** ¶ cultus iuſticie eſt ſilētium. v. q. iiii. in loco.

¶ indiſcretum ſilentium p̄lati eſt dum eos q̄ erudiri poterāt timore dereliquit. xliii. di. ſit rector

¶ ſimplex conuerſatio abſq̄ ſermone quantum exemplo p̄deſt tātum ſilētio nocet. xliii. di. §. i.

De hac materia habes vbi agit̄ de taciturnitate.

**Similitudo.** ¶ homo ad ſimilitudinē dei creatus ē agendo quod plus hoīe attribuit̄: q̄a nō dicit̄ ad ſimilitudinem dei cōdit⁹: ſed ſignaculum ſimilitudinis. de. pe. diſ. ii. §. quia vero reprobi poſt medium.

¶ ſimiles fuerunt petrus ⁊ paulus deuotiōe ⁊ merito ſecunda queſtione ſeptima beati.

**Simon.** ¶ ſimō mag⁹ fuit ex iudea nat⁹. xxii. q. iiii. recurrat circa medium.

¶ ſimoni baptiſmū ſimulatiōe acceptū nō p̄fuit. q̄a poſt non penituit. xxvii. diſ. q̄ interrogaſti.

**Symonia.** ¶ ſymonia ē ſtudioſa voluntas emēdi vel vendendi aliquid ſpirituale p̄ma q. i. ſtudet.

¶ ſymonia cōmittit̄ prece vel precio vel obſeq̄o. i. q. prima ordinationes ⁊. c. ſunt nonnulli.

¶ nullū vitiū ſic reſpicit iniuriam dei. ⁊ ideo inter alia illud grauius corripuit. i. q. i. quibuſdam.

¶ ſimoniaca hereſis ante oēs alias hereſes pullulauit prima queſtione prima cum liqueat.

¶ giezi i veteri teſtamēto: ⁊ ſymon magus i nouo p̄ncipium fuerūt ſymonie. i. q. i. qui ſtudet.

¶ i cōmiſſione ſymonie quātitas eſt attēdenda. i. q. i. iudices poſt medium.

¶ parue res ſicut eſculenta non videtur inducere ſymoniam ibidem.

¶ vt ois ſuſpitio ſymōie vitet̄: nō paſtillū p̄ aliq̄ ſpirituali det̄. i. q. iii. ſiquis obiecerit.

¶ ſine pacto datum munus poteſt accipi prima. q. i. quicquid.

¶ tam dans q̄ accipiēs aliq̄d p̄ ſp̄uali committit ſymoniam. i. q. i. duos conſtituerit.

¶ per carnales preces cōmitit̄ ſymonia. i. q. i. ſūt non ⁊ tribus cap. ſeq. viii. q. ii. c. i.

¶ p̄ digno preces fundere non eſt ſymoniam committere. i. q. i. latorem.

¶ ille p̄latus ſymoniā cōmittit qui nō nummo p̄cii: ſed nūmo fauoris ordinem vel beneficium tribuit. i. q. i. ſunt nonnulli.

¶ ille ſymoniam fugit q̄ manus ſuas ab oi munere excutit. i. q. i. ſunt nonnulli: ⁊. c. ſ. c.

¶ ſymonia licet ſit execrabile vitium tamē heu nimis eſt vſitatum. i. q. i. reperiuntur.

¶ ſymoniacus ſicut nō habet ſp̄uale qd̄ p̄ temporali emit: ſic nec tēporale pōt retinere: qd̄ p̄ ſp̄uali dedit vel accepit. i. q. i. qui ſtudet.

¶ ſymoniaci ſi nō renunciant ⁊ penitent: internū peribunt. i. q. i. ſi quis neq̄.

Item adeptis priuantur. i. q. i. p̄ſbyter ſi.

Item excommunicantur. i. q. i. quicunque ſacros ⁊ capitulo qui ſtudet.

Itē deponūt̄. i. q. i. ſiq̄s epiſcop⁹. ⁊. v. c. capitulis ſe. ⁊. q. iii. ea que. ⁊ c. ex multis. ⁊ q. vii. ſiq̄s omnem

Item heretici reputantur. prima queſtione prima q̄cunq̄. ⁊ duobus ca. ſe.

Itē q̄buſcūq̄ p̄ſonis tanq̄ heretici accuſant̄. vi. q. i. quero ergo. §. porro. ⁊. §. ſed cum omnes.

¶ ſymoniacus ipſo iure videt̄ excōmunicatus. ⁊ a participatione ſacramentorum ſegregandus. i. queſtione prima reperiuntur.

Itē quādoq̄ corporaliter puniuntur. i. q. i. q̄ ſtudet Exēplum ibi de giezi: qui lepra percuſſus fuit.

Item officium ſuum non iuſte exequitur. i. q. i. qui ſacros ⁊. c. qui perfectionem.

Item ſacramenta indigne largitur. prima queſtiōe prima quicunq̄ ſacros.

Item ſacerdos non merito: ſed nomine tantum dicitur prima. q. prima cap. ī.

¶ aliquod munus dare pro p̄benda. vel dignitate eſt graue peccatum. i. q. vi. per totū.

¶ emens vel vendens p̄latura in prauitatem incurrit ſymoniacam: ⁊ eternā dānationē. prima. queſtione prima p̄ſbyter ſi.

Item tam ea q̄ ordine ſuo priuatur ibidem ⁊. c. reprimitur. ⁊ capitulo ſanctorū.

Itē p̄benda ſymoniaca cū ſalute anime nō poteſt retineri tredecima. diſ. nerui. §. alijs.

¶ p̄latura per ſymoniam vel multā ambitionē adepta: etiam ſi moribus non offendat. malo exitu terminetur: quia difficile eſt vt bono peragantur exitu que malo ſunt incohoata principio. prima queſtione prima. principatus.

¶ vbi p̄latus per ſymoniam vel ambitionem intrat ibi populi plus lamenda eſt calamitas q̄ ſalus. i. q. i. fertur. §. vulneratos.

¶ ſymoniace ſcienter beneficium habens de rigore iuris priuandus ē eo. i. q. i. p̄ſbyter ſi ⁊. q. iii ea que ⁊. c. ex multis i p̄ncipio ⁊ i fine ⁊. c. ſiq̄s epiſcopus p̄bēdas. ⁊. c. ſiquis. dator.

¶ pro omni ſpirituali dare tēporale ſymoniacum eſt. i. q. i. quicquid in principio.

¶ pro habendo regimine q̄cunq̄ domorū religioſarū vel hoſpitalium dare aliquid ſymonia eſt. i. q. iii. ſiquis p̄bendas.

Item pro yconomatu vel vicaria dare vel recipere prima. queſtione prima ſiquis epiſcopus.

Itē pro quocūq; officio eccleſie; vel pro adminiſtratione rez eccleſiaſticaz. i. q. iii. ſaluator; poſt me.

Item pro iure percipiendi oblationes vel decimas i. q. iii. queſtum. ꝛ. c. ſequenti. ꝛ. c. ſiquis obiecerit. ꝛ. c. ſaluator; poſt medium.

Item pro eccleſiis dedicandis. i. q. i. ſiquis prebendas ꝛ queſtione. iiii. eccleſia.

Item pro eccleſiarum primorum lapidum fundatione. i. q. i. nullus epiſcopus.

Item pro baptiſmo ꝛ conſignatione. i. q. i. baptizandus ꝛ. c. quicquid ꝛ. c. ſequenti.

Item pro criſmate vel cōfirmatione. i. q. i. placuit vt nullus ꝛ capitulo dictum ē. ꝛ. c. ſequēti.

Item pro eucariſtic dationē. i. q. i. dictum eſt ſolere in quibuſdam.

Item pro ſepulture exhibitione. ibidem.

Item pro quibuſcumq; eccleſie ſacramentis collatione. i. q. i. quicquid.

Item pro interdicti officij reſtitutione. i. q. i. nullus epiſcopus.

Item ꝓ debiti officij. execucōe. i. q. iij. non ſolum.

Item pro ſcriptura vel auxilio in alicuius ordinatione. i. q. i. ſicut.

Item pro ſententie iuſte: maxime a prelato prolatione prima. q. iii. vendentes.

¶ ſymonia etiam committit cum prelati accuſatio ex pacto ſuſpenditur. xi. q. iij. euphemium.

¶ collator beneficij ſymoniace. ab officio ſuſpenditur. i. q. iij. ſiquis epiſcopus prebendas.

Item conferens prelaturam ſymoniace: ſi non penitet pergit ad gehennam. i. q. i. cito.

Item a dignitate deponitur. i. q. i. reperiuntur: ꝛ. q. iij. ſiquis epiſcopus prebendas.

Item ſacrilegus eſt ꝛ excōicat᷑. i. q. iij. audiuimus.

¶ ſymoniaci in ordine acrius ꝙ alij ſymoniaci dannantur. i. q. i. qui ſquis. ꝛ. c. quos conſtiterit i. q. iii. vendentes.

¶ quandoq; ſymoniaci ſymoniace ordinantur: ꝛ cum illis non diſpēſatur: ſed potius a proprio gradu cadunt. i. q. i. ſtatuimus.

Item quandoq; ſymoniaci ſymoniace a non ſymoniacis ordinantur: ꝛ hii etiam cadunt ab ordine prima queſtione prima ſtatuimus.

Item quandoq; ſymoniaci non ſymoniace a ſymoniacis ordinantur: ꝛ hij miſericorditer in ordinibus tollerantur. i. q. i. ſtatuimus. ꝛ. c. ſe.

¶ in ordine ſymoniaci heretici; reputantur. i. q. i. preſbyter ſi.

Item excomunicantur. i. q. i. quicunq; ſacros.

Item deponuntur. i. q. i. ſiquis epiſcopus per pecuniam ꝛ quatuor. c. ſequentibus.

Item executionem officij non recipiunt neq; habēt prima. q. i. quicumq; ſacros. ꝛ. c. gratia. ꝛ. c. ordinationes. ꝛ. c. quibuſdam.

Item ſi celebrant pollutum ſacrificium offerunt. xlix. diſtinctione ſacerdotes.

¶ ſymōniaci ordinatores: etiam ſi fideles videantur infideles ſunt. i. q. i. cum omnis.

¶ ipſi; tanꝙ ſeruum ſuum ſpiritum ſanctum vendunt. ꝛ ideo proditori iude qui xp̄m iudeis vendidit aſſimilatur. i. q. i. eos qui.

Item anathematizantur. i. q. i. placuit vt.

Item deponuntur. i. q. i. ſiquis epiſcopus per pecuniam. ꝛ. ii. c. ſe. ꝛ. c. quicūq; ſacros.

¶ mediator ſymonie infamis efficitur. i. q. iij. ſiquis epiſcopus prebendas.

Item ſi clericus eſt deponitur. i. q. i. reperiuntur.

Item ſi laicus eſt excomunicat᷑. i. q. i. reperiuntur.

¶ varia diſpenſatio eſt circa ſymoniacos. nam diſpenſatur cum eis: vt tantum laicam habebant communionem: quando ſcilicet a ſymoniacis ſcienter in contemptum eccleſie promoti celebrauerunt. prima. q. vij. c. i.

Itē diſpenſatur vt tantū in minoribus miniſtrent quando. ſ. ad illas eccleſias transferri nō poſſunt ſꝫ i ea ꝙ emerūt canōice viuere ꝑmittūt. i. q. v. c. i.

Itē diſpēſatur vt remaneāt i ſuſceptis qn̄ nō i ea ꝙ emerunt; ſed in alia miniſtrare volunt. i. q. v. c. i.

Item diſpenſatur vt aſcendat ad ſuperiores quādo iſciis ipis alij ꝓ ipſis ſymoniā cōmiſerūt. i. q. i. c. i.

# Simulatio

¶ vbi eſt periculum anime licet quoq; vtilitatis cauſa ſimulationem pretendere. xxii. q. ii. vtilem. Exemplum ibi de yeu rege iſrael.

¶ ipſe deus ſimulauit ſe voluiſſe immolationem yſaac quam preceperat. ꝛ poſtea prohibuit. xxii. q. ii. ſi quelibet. §. qn̄q;.

Item abraam in egypto ſaram vxorem ſimulauit ſororem ſuam eſſe: nec tamē peccauit. xxii. q. ii. queritur. ꝛ. §. proximo.

Item iacob ſimulauit ſe eſſe eſau primogenitū yſaac ibidem.

Item iuſtum bellum habētibus quandoq; contra hoſtes expedit ſimulatio. xxiii. q. ii. dn̄s noſter.

¶ nulli ꝑiudicat doloſa ſimulatio. xxii. q. v. q̄cūq;

¶ baptiſmus ſimulatorius non caſſatur. i. q. i. ſpō §. ecce. de conſ. di. iiii. ſolet etiam.

¶ ad oues chriſti non pertinent qui illis ficto corde miſcentur. xxiiii. q. vlt. de illis.

¶ malum eſt religioſo cadere a propoſito ꝛ poſtea ſimulare propoſitum. xii. q. i. certe.

¶ non ſolum in falſis ſed etiam in ſimulatis operibus filii diaboli ſunt. xxii. q. v. cauete.

# Simplicitas

¶ ſimplicitas columbina dicitur que dolo caret: ꝛ hec ſuadetur. vi. queſtione. i. ex merito. xvi. q. i. ſi cupis.

Item ſimplicitas innata: ꝛ hec excuſat a tanto in comiſſis. lxxxvi. diſ. tanta nequitia. circa finem. ꝛ. xlvii. diſ. de petro.

¶ tali parcitur ſimplicitati ꝛ venia conceditur. de conſ. di. ii. ſcriptura. lxxxvi. diſ. tāta nequitia.

¶ ſimplicitas impedit promouendum. xxxix. diſtinctione petrus.

¶ prelato ꝑempto ſi hanc habuerit datur ei coadiutor. lxxiiij. diſ. epiſcopoꝝ. vij. q. i. quia frater.
Item abbatibꝰ ꝑp ſimplicitatē nō datur coadiutores: ſed deponūtur: xviij. q. ij. ſiquis abbas.
¶ ſancta ruſticitas ⁊ ſimplicitas ſolum ſibi ꝓdeſt ⁊ quātū ex vite merito edificat tātū nocet: ſi deſtruentibus nō reſiſtat. ij. q. vij. ſancta quippe.
Item vbi ſimplicitati tātū ſtudet diſciplia negligit xj. q. i. fratris.
¶ in ſacramētorum collatione debet eſſe ſimplex ⁊ ſine venalitate conſenſus. i. q. vi. ſicut is.

## Sindicus.

¶ per ſindicum abſentis itimatur voluntas. ar. xciiij diſ. c. i. lxv. diſ. non debet.

## Singularitas.

¶ ſingularitas i monachis ⁊ contēplatiuis approbatur. xvj. q. i. ſi cupis.
¶ ſingularitas niſi ſit deo cōtraria cōmunē cōſuetudinē nō dꝫ violare. turpis ē eni omnis ps vniuerſo ſuo nō cōgruēs. viij. diſ. que cōtra mores.
¶ ſingularitas moꝝ etiam bonorum inconſuetos ſcandalizat. xij. diſ. illa.
¶ qui ſtrictius viuit: ꝙ habent mores eorum cuꝫ quibus viuit ſingularis ⁊ ſuperſticioſus videtur xli. diſ. quiſquis.
¶ ſingularitas inter conſuetos flagitia reputatur viij. diſ. que contra.
¶ non intereſt quicquid alimentorum ſumat dūmodo non ſit ſingularis. ſed congruat in omnibus generibus alimentorum hijs cum quibus viuendum eſt. xli. diſ. quod dicit.
¶ exceptis religioſis nullus in decantādo diuina officia aliter ꝙ in epiſcopali eccleſia cantantur: debet eſſe ſingularis. xij. diſ. de hijs.

## Synodus

¶ ſynodus ex greco reit ꝑtrat cōitatꝰ vl cetꝰ cōcilij vero nomē tractū ē a romanis: eo ꝙ ad tractādū cōmuni i ētiōe cōueniebāt. xv. diſ. ſynodus.
De hac materia tractatum eſt vbi agit de cōcilijs.

## Sobrietas.

De ſobrietate epiſcopoꝝ habes. xxxv. diſ. per totū ⁊. lxi. diſ. per totum.
De ſobrietate habes ſupra: vbi agitur de abſtinentia: ⁊ de cibo ⁊ deiciunio.

## Societas.

¶ ſocietas reqrit cōcordiam moꝝ. xlj. diſ. ꝙ dicit. ⁊. c clericus.
¶ ſocius tenetur ſocium defendere ab iniuria. xxiij. q. iij. non inferenda.
¶ bonus qui in bonitate permanet non polluitur ſi malo ſocietur xxxij. q. i. non eſt. Exemplum ibi de oſee ⁊ de meretrice.
¶ boni quādoqꝫ luunt ſocietatem malorum. xxiiij q. prima non turbatur.
¶ bonum eſt malum ſociuꝫ declinare: ne ſicut morbida ouis inficiat congeriem ſocietatis. xlv. diſ. ſed illud. xxiiij. q. iij. reſecande. ⁊. c. ecce autem. c. illud ſane.

¶ difficile eſt icorruptū ꝑmanere: q̄ corrupto ſociatur. xxiij. q. iiij. quiſquis vl quod poteſt i fine.
¶ tripliciter aſſociatur quis malis. aut committendo. aut fauendo. aut in non corripiendo. xxiij. q. iiij. ita plane.
¶ nō caret ſcrupulo ſocietatis occulte: qui manifeſto facinori deſinit obuiare. lxxxiij. diſ. error. xxiij. q. iij. qui poteſt. lxxxv. diſ. culpam facientis.
¶ ſocietas maloꝝ eſt quādoqꝫ tollerāda. ⁊ quādoqꝫ fugienda. vij. q. i. ſuggeſtum ⁊. ii. c. ſequenti.
¶ icātationes ⁊ artes magice fiūt ex q̄dā peſtifera ſocietate hōiuꝫ ⁊ dmonū. xxvi. q. i. v. i illō. i fi.

## Sodoma

¶ peccatū ſodomie exercet i maſculis ⁊ in feminis. xxxii q. vii. vſus.
¶ in peccato ſodomie deordinatur ordinatio dei ⁊ nature. xxxii. q. vii. adulteri.
¶ ſocietas que cum deo eſſe nobis debet violatur cum natura cuius ipſe auctor eſt libidinis peruerſitate polluitur. xxxii. q. vii. flagitia.
¶ peccatum ſodomie: etiam apud gentiles eſt deteſtabile. xxx. ij. q. vii. flagitia.
¶ ſodomie peccatum grauius eſt adulterio. xxxii. q. vii. vſus.
¶ peccatum ſodomie peius eſt ꝙ cum propria matre peccare. xxxii. q. vii. ad ulterii.
¶ loth obtulit ſuas ſtuprari filias vt deteſtādū peccatum ſodomie in aliis impediret. xxxii. q. vii. offerebat.

## Sollicitudo.

¶ ſollicitudo temporaliū ſuffocat ſpiritualia. xlix. diſ. hinc etenim. ante medium.
¶ hoc non debet eſſe in clericis ⁊ religioſis. xii. q. i. cui portio deus.
¶ pia ſollicitudo eſt egenorum commodis intendere lxxxvii. diſ. diuine.
¶ cum honoris augmento cura quoque ſollicitudinis debet excreſcere. c. diſ. rationis.
¶ epus ſollicitꝰ debet eſſe circa defenſionem pauperum. redemptionem oppreſſorum: ⁊ munitioneꝫ monaſteriorum. lxxxiii. diſ. §. primo.
Item debet eſſe ſollicitus. tanꝙ paſtor circa gregē ſuum. lxxxi. diſtinctione oportet.
De hac materia habes vbi agitur d negligentia.

## Somnus.

¶ negligēs platus dormiēti cōparat. lxxxvi. diſ. fratrē
¶ aliquando ſomnium vanum ⁊ deceptorium dormientibus immittunt demones. xxvi. q. iiii. ſciendum circa medium.
¶ demones maxime in ſomnis infideles deludūt diuerſas eis ſpecies ⁊ ſimilitudines offerentes: ⁊ per deuia queqꝫ ducendo ⁊ hoc cum ſolus paciatur ſpiritus in corpore euenire opinātur. xxvi. q. v. epiſcopi. poſt medium.
¶ ſomniando illuſiones contingunt hominibus multipliciter. vi. diſ. c. teſtamentum. ⁊. c. ſe.

## Sors.

¶ ſors non eſt aliquid mali ſed res in humana dubitate diuinā idicas

voluntatem.xxv.q.ij.ſors.

¶ licet ſortibus nil mali inſit tamen prohibentur homines ne ſub hac ſpecie ad antiquos ydolatrie cultus redeant.ibidem.§.proximo.

¶ q̃ ſortib⁹ vtũt ad negocia ſecularia ⁊ ad vanitatẽ diuina oracula videt̃ cõuertere.xxvi.q.ij.hij.qui

¶ ſortes que dicũtur apoſtolorum vel aliorum ſãctorum ſunt dãnate.⁊ exercẽtes ſunt excõicati.xxvi.q.v. ſiquis cleric⁹.⁊.q.vij.nõ obſeruetis.⁊.c.ſe.

¶ omne genus ſortium ſub anathemate prohibet̃ xxvi.q.v.ſortes.⁊.c.ſe.

¶ tempore neceſſitatis: in libris diuinis premiſſa oratione dominica vel alia ſortes videntur conce di.xxvi.q.ij.hij.qui.⁊.c.ſe.

**Sortilegium.** ¶ ſortilegi ſũt.qui q̃ſdã iſpectiões ſorti um,vel figurarum futura pmittũt.xxvi.q.i.ſortilegi

¶ qui ſeruant cõſtellationes ſortilegi dicuntur.xxvi.q.v.non liceat.

¶ in kalendis Januarij menſam cum epiſtolis ratione diuinationis parare ſortilegium eſt committere.xxvi.q.vij.ſiqu s.

¶ ligature caracterum vel aliarum rerum quas medicina ñ reqrit.vel obſeruatio ſternutationis aut liminis cõculcatio: aut dierum egyptiorum obſeruatio: ⁊ plura alia noie ſortilegii.dãnãt.xxvi.q.ij.illud qđ.

¶ portare ſuper ſe lapides precioſos vel herbas nõ eſt ſortilegium.xxvi.q.vlt.c.vlt.

¶ infirmãtibus carmina ſortilega: nil proficiunt xxvi.q.ij.admoneant.

¶ qui ſeruant ſortilegia: ſunt xpiane fidei ⁊ baptiſmi violatores.xxvi.q.vii.non obſeruetis.

¶ ſortilegi a diabolo cui deſeruiunt ſunt captiuati.xxvi.q.v.epiſcopi eorum.

¶ ab epis de parrochiis ſunt expellẽdi.ibidem.

Item ſortilegi ſunt excõicãdi.xxvi.q.v.§.primo.

¶ ſortilegi ſunt ⁊ eis aſſentientes ad accuſationem non ſunt admittendi.ij.q.viij.quiſquis.

¶ ſerui ſi ſint ſortilegi verberibus: ſi liberi carceribus ſunt caſtigandi.xxvi.q.v.cõtra.

¶ qui credit ſortilegijs: quinqꝫ annis debet penitere.xxvi.q.v.non liceat.

De hac materia habes vbi agitur de diuinatione ⁊ de incantatione.

**Spectaculum.** ¶ die ſolẽni eccleſiã cõtẽnẽtes ⁊ ſpectacula cuſtodientes: ſunt excomunicandi.de conſ.diſ.i.qui die.

¶ ꝑcipue clerici curioſis ſpectaculis nõ debẽt intereſſe.de conſ.v.non oportet.xxiij.diſ.his igitur.

¶ clerici ſpectacula ſaltantium debent vitare.xxxiiii.diſ.preſbyteri.

¶ penitẽs ſi pfecte vult penitere,debet ſe a ſpectaculis ſeculi cohibere.de.pe.diſ.v.§.primo.ante finem.verſu cohibeat.

**Spiritus ſanctus.** ¶ ſpũs ſãct⁹ eqlis ẽ patri ⁊ filio.de conſ.diſ.v.c.ſpiritui ſancto.

¶ a patre ⁊ filio pcedit.de conſe:diſ.v.ſaluator

¶ ſpiritui ſancto attribuitur potentia miraculorum de conſe.diſ.v.de ſpiritu ſancto.

¶ ſpiritus ſanctus extra eccleſiam nihil operatur.xxiiii.q.i.audiuimus.

¶ non ſciſſuras ſed vnitatem amantes,ſpiritum ſanctum accipiunt.ibidem.

¶ peccata tenere vel dimittere vel excommunicare opus eſt ſpiritus ſancti ibidem.

¶ in domino ſemper manſit ſpiritus ſanctus in aliis vero ſanctis quandoque manet quandoque recedit.de pe.diſ.ii.§.querendum.

¶ nemo poteſt dicere dominus ieſus niſi in ſpiritu ſancto.ibidem poſt medium.

¶ nemo accipit ſpiritum ſanctum niſi intra eccleſiam.xxiiii.q.i.audiuimus.

¶ blaſfemare ſpiritum ſanctum eſt contra ſacros canones propterue agere.xxv.q.i.violato.

¶ apoſtolus abſens corpore pſẽs ſpiritu corinthum tradidit ſathane,ibidem.xxiiii.q.ii.audiuimus.circa medium.

¶ ſymoniaci non habent ſpiritũ ſanctũ virãqꝫ ſed ſpiritum mẽdacii.⁊ illũ aliis dãt.i.q.i.gratiam.

¶ ſeptem modis in ſpiritum ſanctum quis peccat videlicet cum quis male ſentit de perſona ſpirit⁹ ſancti.de conſ.diſ.iiii.hii.vero.

Item cum quis obſtinatur ⁊ dicit omnia mala impunita: ⁊ bona non remuneranda,de pe.diſ.iii.§.adhuc in fine.

Item qui penitus deſperat vt caym qui dixit maior eſt iniquitas mea q̃ vt veniam merear.de pe.diſ.i.voluiſſent.§.ex his.

Item cum quis veritatem cognitam impugnat ſicut illi qui xpm dixerunt in belſebuch demonia eicere.i.q.i.eos qui.

Item cum quis quocumqꝫ modo mortaliter peccat nam ex hoc ſpiritum ſanctum a ſe fugat.de pe.diſ.iii.inter hec hircum.ii

Item cum quis ſcienter in quocumqꝫ mortali peccato perſeuerat.de pe.diſ.iii.ibidem.ante fi.

Item cum quis exiſtens in peccato hꝫ propoſitum nunq̃ penitere.de pe.diſ.i.§.poteſt etiam.

**Spoliatio.** ¶ cũ ſpoliat̃ qs reb⁹ vel bñficio ab aduerſario.tũc ãte litis igreſſũ reſtituit.ij.q.ii.ꝑ totũ.iii.q.i.epi v.q.ii.ſi pmatre.xi.q.iii.fres.xxxiii.q.ii.hiſtoriat

¶ ſi obiiciatur ſpoliato exceptio rei iudicate a q̃ non fuit appellatum tunc non reſtituitur ii.q.vi c.ei qui appellat.§.diffinitiua.

¶ cum ſpoliatur quis a iudice non ſuo hic ſtatim reſtituitur niſi propter graue ſcandalum diſſimuletur.iii.queſtione,ſexta.hec quippe.

¶ ſi ſpoliatur quis a iudice ſuo qui propter iuſtam cauſam abſens inuenitur hic ſtatim reſtituit.vi.queſtione.i.preſentium.ſed abſens ex contumacia ſi infra annum purgare voluerit innocẽtiam eſt audiendus.xi.q.iii.rurſus.

¶ ſi ſpoliatur quis pſens a ſuo iudice poſt appel-

n

lationem nihil agitur.; ſpoliatus ad omnia reſtituitur.ij.q.vi.c.vlt.§.appellator.

¶ ſi ſpoliatur quis a iudice ſuo ante appellationem ordine iudiciario non reſtituitur.ij.q.vi.c.vlt.§.quãdoque vnam.

¶ ſi a iudice ſuo ante appellationem ordine iuris pretermiſſo q̃s ſpoliat̃ ſtati reſtituit̃.ij.q.i.notũ ſit

¶ ſpoliatus etiam abſens per procuratorem põt reſtitui iij.q.i.epi.§.ſed notandam.

**Sponſe.** ¶ ſpõſe ꝑmiſſe nõ ſtati dñt dari vt vileſcãt.xxvij.q.ij.iſtitutũ.

¶ vno viuente alteri alter non debet coniungi.xxvij.q.ij.deſponſatam.

¶ vterqꝫ ipſorum altero inuito poteſt religionē approbatam intrare.xxvij.q ij.deſponſatam.

¶ dos ſponſe ſcripto debet confirmari.xxx.q.i.noſtrates.

¶ propter publicam honeſtatem neuter alterius conſanguineum: nec in vita: nec poſt mortẽ poteſt accipere.xxvij.q.ij.ſiquis deſpõſauerit aliquam.⁊.c.ſiquis vxorem.⁊.c.ſe.

¶ fornicatio voluntaria: videtur tollere deſponſationis vinculum de futuro.xxvij.q.ij.raptor.

¶ ſponſa iubetur lugere mortem ſponſi ſui; quaſi viri ſui.xxvij.q.ij.omne in ſi.

¶ opprimens ſponſam alterius morte punitur.xxvij.q.ij.omne.

¶ ſponſa quãdoqꝫ dicitur vxor:⁊ ſponſi quãdoqꝫ viri.xxvij.q.ii.quapropter.⁊ pluribus.c.ſe.

¶ ſponſus cum ſponſa ob reuerentiam benedictionis prima nocte debent in virginitate permanere.xxiij.diſ.ſponſus.

**Sponſalia.** ¶ ſpõſalia ſũt futurarū nuptiarū federa.xxx.q.v.noſtrates.

¶ ante ſeptennium nequeunt cõtrahi ſponſalia.xxx.q.ij.§.i.⁊.c.ſe.

¶ ſponſalia inc mabilis per parentes contracta non tenent niſi pueri; poſtq̃ ad annos diſcretionis peruenerint conſentiant.xxx.q.ii.c.vbi.

¶ ſponſalia q̃nqꝫ contrahuntur per verba de preſenti ⁊ hec quia faciũt matrimonium nõ ſoluunt̃ niſi per religionis ingreſſum.xxvii.q.ii.ſcripſit.

Item per frigiditatis perpetuam maleficium.ii.q.v.cõſuluiſti.§.hoc autem.

Item per verba de futuro hec impediunt cum alio contrahendum: ſed non dirimunt iam cõtractũ xxvii.q.vlti.c.vlti.⁊.§.ſe.

¶ parentibus non licet puerorū ſponſalia frangere: que vtrorumqꝫ conſenſu contrahuntur.xxxi.q.iij.c.ſi qui.parentes.

¶ euidens ſignum ſponſalium eſt per annullum ſubtractio.xxx.q.v.noſtrates.

De hoc habes.vbi agitur de anulo.

¶ ſponſalia per parentes tantum tractari debent non eſt enim virginalis pudoris eligere maritũ xxxi.q.ii.non omnis.§.ſe.

¶ viuente auo pater puelle deſpõſalibus tractãdis non debet ſe intromittere ſed auus quia ipſe pater eſt in poteſtate aui.xxxii.q.iii.c.i.

De deſponſatione marie cum ioſeph habes.xxvii.q.ii.§.i.

De hac materia ⁊ de conditionibus turpibus ⁊ honeſtis: que fiunt in ſponſalibus habes vbi agit̃ de matrimonio.

**Stabilitas.** ¶ ſtabilitas prelatis ⁊ clericis i ſuis eccliis ⁊ locis ꝑcipit̃ ⁊ cõtrariũ ihibet̃.viii.q.nõ oportet.⁊ ꝑ omnia.c.vſqꝫ ad capitulum ſancitum.

De ſtabilitate habes: vbi agitur de cõſtantia.

**Statera.** ¶ ſtatera doloſa que grauius ꝑ ſe lenius pro alio põderat eſt vitãda.xxiiii.q.i.nõ afferamus.

¶ ois iudex ſtaterã geſtare debet: vt i vtroqꝫ pẽſo iuſtitiã ⁊ miſericordiã habeat.xlv.diſ.omnis.

¶ quilibet quaſi in ſtatera ſermones ſuos debet põderare.l.diſ.ponderet.

**Statuta.** ¶ ſtatuta ſãctorū patrū iuiolabiliter ſũt ſeruãda.xi.di.nolite

¶ eccleſiaſtica ſtatuta quedam apoſtolica traditione quedam auctoritate ſcripture: quedam conſuetudine confirmantur.xi.di.eccleſiaſticarum.

¶ apoſtolica ſtatuta nõ debẽt negligi nec variari nec ꝑ cõcertatiõeꝫ diſturbari.xxv.q.ii.ãputato.

¶ fit ſtatutum propter honeſtatem tenendam.xxxv.q.iii.porro.

D hac mã habes vbi agit̃ de publica honeſtate.

Itẽ fit ꝑꝑ ihõeſtatẽ delẽdã.de cõſe.diſ.iiii.nec quen q̃: vbi agitur de immundiciis corporalibus.

Item fit propter vtilitatem habẽdam.i.q.vii.tali vbi cõſtituitur propter eccleſie vtilitatem: vt cũ illegitime natis diſpenſetur.

Item fit propter inutilitatem euadendam.xii.q.ii.terulas.vbi ſtatuitur q̃ inutiles res eccleſie alienari poſſunt.

Item fit ſtatutum cauſa diligentie habende.xviii.diſ.peruenit.vbi ſtatuitur vt ſynodi certis temporibus habeantur.

Itẽ fit cauſa negligẽtie remouẽde.lxxxix.diſ.volamus; vbi ſtatuit̃ q̃ eps vicariũ habeat.

Item fit cauſa neceſſitatis qua ceſſante debet ſtatutum ceſſare.i.q.i.quod pro neceſſitate.

Item fit cauſa facilitatis.lxxx.di.fraternitatẽ.vbi ſtatuitur q̃ epales ſedes debent eſſe propinque vt facilius ad electionem archiepi conueniant.

Item fit cauſa maioris mali vitandi.iii.diſtinctione.c.i.⁊.c.ii.

Item fit cauſa maioris boni adipiſcendi.xix.q.ii.due vbi dicitur q̃ clericus contradicẽte epiſcopo religionem poteſt intrare.

Item fit cauſa oppreſſionis vitande.xvi.q.i.predicator.vbi dicitur q̃ maior minorem opprimere non debet.

Item fit cauſa ſubiectiõis ſeruande.xcv.di.eſto vbi dicitur qualiter epiſcopi ad preſbyteros ⁊ preſbyteri ad epiſcopos ſe debent habere.

¶ legitim: ſtatutum poteſt diſſolui propter peccatis abuſum. lxiij. diſ. quia ſancta. §. proximo.

Item propter auctoris deteſtationem. xvi. diſ. canones. vbi dicitur ꝙ licet bona ſint que ſtatuerūt hereticitatem ſunt deteſtanda.

Item propter ſecuriorē puniſionem. de conſe. diſ. i. vaſa vbi dicit ꝙ pro miniſterio diuino meliora ſunt vaſa aurea ⁊ argētea ꝙ vitrea ⁊ lignea.

Item propter ſtatuti nimium rigorem. xxxiiij. diſtinctione fraternitatis.

Itē ne prebeat malignādi occaſionem. xij. diſ. nos cōſuetudinem vbi contra primum ſtatutū de hereticis ſtatuitur de donatiſtis nō promouēdis.

Item propter maiorem honeſtatem. xxxi. diſ. aliter. vbi ſtatuitur de grecorum ſacerdotum vxoribus quod apud latinos diſſoluitur.

Item ꝑpter exempli perniciem. xcvi. diſ. bene vbi. ſtatutum baſilij licet fuerit ꝓ eccleſia caſſatur.

¶ ſtatutum anteceſſoris caſſatur ſi oppreſſionem infert. xxxi. diſ. ante terminum.

Item ſi iniuſticiam continet. xix. diſ. ſecūdum. ⁊. x. q. ij. de precarijs. c. diſ. nouit.

Item ſi caſus iopinatus emergit. xii. q. i. certe.

Itē ſi exēplū mali īducit. lxiii. diſ. q: ſcā. §. verꝫ.

Item ſi melius alteri fuerit reuelatum. ix. diſ. noli.

Item ſi cauſa vel perſona vel aliquod ſimile cauſaꝫ dederit ſtatuto. xxix. diſ. regule.

De hac materia habes vbi agitur de conſtitutione.

**Sterilitas.** ¶ in lege moyſi maledicta erat ſterilis. xxxij. q. iiij recurrat. § hūs ita.

¶ nulli licet vxorem dimittere ꝑpter ſterilitatē. ⁊ aliam ducere ꝑꝑ fecūditatē. ibidē. c. tantum.

